

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


**Alexandri Magni Regis Macedonum vita**

**Gualterus <de Castellione>**

**Argentin., 1513**

**VD16 G 3848**

[urn:nbn:de:bsz:31-327103](#)



42 A 1932, 12 RH  
Vol. 68.

AN 683 - AN 691

## [Miscellanea. Bd 12]

- 1) Gratianus, alexandri clausi vita. 15 93
- 2) Blatt Passio S. Meynadi Basel. Fiter 149 b.  
[H 124537]
- 3) Epistola de miseria curatorum (Hain 0)  
s. l. e. a.
- 4) Enecas Silvius, Proverbia. (Hain)
- 5) Trithemius, Institutione. 1486.
- 6) gerson, Appellatio. (Hain 7664)
- 7) galnanni de Bononia, differentiae legum et  
canonum. (Hain 7452)
- 8, Donatius mintz. s. l. e. a. (Hain 0)
- 9, Seneca, de quatuor virtutibus (Hain 78621)
- 10, Aristoteles, Problemata. (Hain 1723)
- 11, Legenda ? R. Galvina 1508.



# Alexandri Magni

Regis Macedonum vita.  
Per Gualtherum Episco-  
pum Insulanum heroi-  
co carmine elegan-  
tissime scri-

pta



Monicū I: Ettonis

## M.D.XIII.



(1)

+ Walter v. Chatillon: Alexandreis.

Ioannes Adelphus Physicus: Excellen  
ti viro, D. Iacobo Schenck Iurecon-  
sulto optimo: ac Vuormaciensis  
Ecclesie Officiali benemerito  
domino & preceptoris sem  
per amando, S.P.D.

**R**Ogatus a plerisq; politioris literaturae a-  
matoribus: Theoderico Grefemudo (pie  
memorie) Officiali Moguntino homine  
et dum viueret literatissimo: & inter germa-  
nos doctissimo: Necon Iacobo Oeszler  
Iureconsulto optimo: qui nobis ad hanc rem plurimū  
opitulabatur: exemplar vnum vetustioris scripturæ:  
& pene oblitteratæ exhibendo: ut emendatius exiret in  
publicum Alexandreis illa Gualtheri Insulani Presu-  
lis (ut vult dominus Abbas Spanhemensis de Tritten-  
heim: in suo quæ de scriptoribus Ecclesiasticis edidit  
libello) quam & tu Iacobe: vir omnium bonarū disci-  
plinarum cultor: sedisq; Vuormaciensis Iudex pius &  
iustus: Renato impressori Argentinorum pridem dede-  
ras imprimendam. Accessit tandem nostra in hac re di-  
ligentia ut pijs lectoribus & studiosis quibuslibet sati-  
fieret. Itaq; sepultum opus resurgere curauimus: quo  
gloriam capiat beatitudinis: famæq; perpetuae: ne sic  
pereat labor bonus multo sudore quesitus: sed somno  
lentos excitet ad cōsimilia pagenda. Multis enī pdest  
& multis scribit: doctis ut legat: potentibus ut discant  
principibus ut sequantur. Nam Alexander ille magnus  
Macedoniae rex: oīm bellator & dux & splendor: & in  
hoc vno laudandus semp & extollendus ad usq; syde-  
ra: q; a manu semp cōsilium sumpserit: summāq; sapi-  
entia in prōptu habuerit: tollendo moras oīs. Nostrī  
vero principes & Romani Imperij gubernator Maxi-  
milianus Cesar cunctando & differendo rē collapsam  
restituere conant: sequuti hoc Ciceronianū. Vnus ho-

Landschafts-Polizei  
Karlsruhe

Zf

mo nobis cunctando restituít rem. Sed an mora an ce-  
leritas preferēda philosophis relinq sagatoribus discu-  
tiendū. Magna nimirū fecit: & in presentiā quotidie  
facit noster ille Augustus Imperator. Sed o vtinā in eo  
& celeritas Alexandri vigeret & obedientia suppedita  
ret: pfecto talem inimicis timore inijceret: vt in mūdo  
sit nihil: quin hoc medio adipiscare. Nam quidam ex  
poetis ait: Tolle moras: semp nocuit differre paratis.  
Quāta em̄ pericula ex pcraftinatōe veniant; indies ex  
perimur: & res adeo in cōfesso est: vt exēplis nō egeat.  
Sed in hoc principiis nī inuictissimi relucet clementia  
qui nihil festināter: nihil temere: nihil inconsulto agere  
tentat: sed meditatiōe & pudentia preuiā cūcta ad op-  
tatū perducit finē. Quare vos oēs oratos velim: ad q̄s  
p̄sentes literulę pueniunt, viriliter fortia aggredimini  
dū tēpus est: dū oportunitas se offert: hac em neglecta  
in p̄cipitiū & damnū cadere necesse est. Cuius rei hoc  
vnū Alexandri inū in promptu oīnibus assit exemplū:  
q̄ viso & examissim cognito: nihil est qd manus eorū  
subterfugere possit. Tibiq̄ viro humanissimo gratiarē  
referat actionē: qui huius negocij instaurator & cōser-  
uator iure p̄dicaris & ab oīnibus passim appellaris: Ita  
q; fœliciter vale ex Argētina: die natali Saluatoris nos-  
tri. Anno virginēi partus. M.D.XIII.

### Incipit Prologus:



Oris est usitat̄: cum in aurib⁹ multi-  
tudinis aliquid noui recitatur: solere  
turbam in diuersa sc̄di studia: & hūc  
quidē applaudere: & quod audit lau-  
de dignum predicare. Illum vero seu  
ignoratia ductum: seu liuoris aculeo  
vel odij somite peruersum. etiam bene dictis detrahe-  
re: & versus bene tornatos incudi reddendos esse cen-  
sere. Et mirum est humanū genus a prima sui natura

a ij

## PREFATIO

(secundum quā cuncta quē fecit deus valde bona cre  
ata sunt) ita esse depravatū: vt pronius sit ad condem  
nandum quam ad indulgēdum: & facilius sit ei ambi  
gua depravare; quā in partem interpretari meliorem.  
Hęc ego reueritus: diu te o mea Alexandreis in mente  
habui supprimere: & opus quinquennio elaboratum  
aut penitus delere: aut certe quamdiu viuerem: in oc  
culto sepelire. Tandem apud me deliberatum est: te in  
lucem esse proferendam: vel saltem vt demum aude  
res in publica venire momēta. Non enim me arbitror  
Mantuanō vate meliorem, cuius opera mortali inge  
nio altiora: carpsere male obtrectantium lingue poeta  
rum: & mortuo derogare presumpserunt: quem dum  
viueret nemo potuit equiparare mortaliū. Sed & Hie  
ronimus noster vir tam disertissimus quam christianis  
simus: qui in singulis prefationibus: suis emulīs respō  
dere cōsuevit manifeste dat intelligi nullū apud aucto  
res superesse securitatis locum: cum virū tantę au  
toritatis pupugerit stimulus emulorum. In hoc lecto  
res huius opusculi (si quis hoc tū amore captus leget)  
exoratos esse volo: vt si gd in hoc volumine reprehē  
sibile: seu satyra dignum inuenerint, considerent arcti te  
poris breuitatem qua scripsimus: & altitudinem mate  
rię: quam nullus veterū poetarum (teste seruio) ausus  
est aggredi perscribendam: & ad hoc habito respectū  
discant saltem ex dispensatione: plęraqż debere tollera  
ri: quæ si quis districto itire ageret: poterat de rigore  
iusticię condemnari. Sed hęc hactenus. Nunc autem  
quod instat agamus: vt facilius quod quesierit quis in  
uenire possit: totum opus per capitula distinguamus.

**I** Sequitur Liber  
Primus

**I**ncipit Argumentum.



Rim⁹ aristoteles imbutū nectare sacro  
Scribit Alexandrum; sceptrisq; insig-  
nit & armis.

Cecropidas regi rursus cōfederat arces,  
Diruit aonias; numerosa classe pfundū  
Intrat, & appellens Asiam de naue sagittat,  
Parcendumq; ratus; hostem sine marte triumphat  
Elatusq; animo. sub sole iacentia regna  
Iam sibi parta putat, Asiam de vertice montis  
Inspicit, & patrias partitur ciuiisbus vrbes.  
Pergama miratur; & somnia vīsa retractat.

**I**liber primus.

**G**esta ducis Macedū: totū vulgata per orbem  
Qz large dispersit opes, quo milite Porum  
Vicerit, & Darium; quo principe grēcia vītrix  
Risit, & a Persis rediere tributa Chorinthum  
Musa refer; qui si senio non fractus inermi  
Pollice fatorum nostros vixisset in annos,  
Cæsareos nunq; loqueretur fama triumphos  
Totaq; Romuleq; squaleret gloria gentis  
Preradiaret enim meriti fulgore caminus  
Igniculos, solisq; sui palleret in ortu  
Lucifer, & tardi languerent plausta Boëte.

At tu; cui maius genuisse britannia reges  
Gaudet auos, Senorum quo presule non minor vrbi  
Nupsit honos, q; cum romam senonensibus armis  
Fregit adepturus, tarpeiam Brennus arcem.

a iiij

## ALEXANDREIDOS

Si non exciret vigiles argenteus anser.

Quo tandem regimen cathedrę remensis adepto  
Duricie nomen amisit bellica virtus

Quem partu effusum: gremio suscepit alendum  
Philosophia suo: totumq; elycona propinans

Doctrinę sacram patefecit pectoris aulam

Excoctumq; diu: studij fornace fugata

Rerum nube: dedit causas penetrare latentes

Huc ades: & mecum pelago discurre patenti

Funde sacros fontes: & crinibus imprime laurum:

Ascribisq; tibi nostram patiare camęnam.

Mundum prodierat naturę plana tenellis

Infruticans lanugo pilis: matrisq; parabat

Dissimiles proferre genas. cum pectore toto

Arma puer sitiens. Darium dare iura pelasgis

Gentibus, imperijq; iugo: patris arua prementem

Audit, & indignans his vocibus exprimit iram.

Heu quam longa quies pueris, nunq; ne licebit.

Inter funereas acies: mucrone corusco

Persarum damnare iugum: profugiq; tyranni

Cornipedem lentum celeri peruertere cursu

Confusos turbare duces. puerumq; Leonis

Vexillo insignem. galeato vertice saltem:

In bello simulare ducem. verum ne dracones

Alcidem puerum: compressis fauibus olim

In cunis domuisse duos, ergo nisi magni

Nomen Aristotelis: pueriles terreat annos

## LIBER PRIMVS

Haud dubitem similes ordiri fortiter actus  
Adde quod etati duodenii corpore paruo  
Maior inesse solet virtus. viridisq; inuente  
Ardua vis supplere moras. semper ne putabor  
Nectanabi proles vt degener arguar: absit.  
Hec ait. hec secum dictanti corde perorat  
Qualiter hyrcanis cum forte leunculus aruis  
Cornibus elatis; videt ire ad pabula ceruos  
Cui nondum totos descendit robur in armos  
Nec pede firmus adhuc; nec dentibus asper aduncis  
Palpitat; & vacuum ferit improba lingua palatum  
Effuditq; prius animo: quam dente cruorem  
Pigriciam q; pedum redimit matura voluntas;  
Sic puer effrenis: totus bacchatur in arma  
Inualidusq; manu gerit alto corde leones  
Et preceps teneros audacia preuenit annos  
Forte macer pallens incompto crine magistri  
Hec facies studio male respondebat: apertis  
Exierat thalamis; vbi nuper corpore toto  
Perfecto logicę pugiles armarat elenchos  
O q; difficile est studium non prodere vultu  
Liuida nocturnam sapiebant ora laternam.  
Seq; maritabat tenui discrimine pellis  
Ossibus in vultu. partesq; effusa per omnes  
Articulos manuum: macies iejuna premebat  
Nulla repellebat a pelle parenthesis ossa  
Nam vehemens studij macielabor afficit artus

a iiiij

## ALEXANDREIDOS

Et molem carnis. & quod cibus educat extra  
Interior sibi sumit homo fomenta laborum.

- Ergo vbi flammato vidit Phillipida vultu  
Accusabat enim occultam rubor igneus iram  
Flagitat vnde animus incanduit; vnda doloris  
Materiam traxit; que tanta efferbuit ira  
Ille sui faciem reuerens monitoris ocellos  
Supplice deiecit vultu; pronusque sedentis  
Affusus genibus: senium lugere parentis  
Oppressum imperio Darij: patriamque iacentem  
Conqueritur lachrimans, lacrimis exaggerat iras:  
Atque hęc dicentem vigili bibit aure magistrum  
Indue mente virum macedo puer, arma capeſſe.  
Materiam virtutis habes; rem profer in actum  
Quoq; modo id possis aures aduerte docebo  
Consultor procerum: seruos contemne bilingues:  
Et nequam: nec quos humiles natura facere  
Principit: exalta, nam qui pluuialibus vndis  
Intumuicit torrens; fluit acrior amne perhenni  
Sic partis opibus; & honoris culmine seruus  
In dominum surgens: truculentior aspide surda  
Obturat precibus aures; mansuetere nescit  
Non tamen hoc prohibet rationis calculus; vt non  
Exaltare velis; si quos insignit honestas  
Quos morum sublimat apex; licet ampla facultas  
Et patrię desit; & gloria sanguinis alti  
Nam si vera loquar; auferre pecunia mores

## LIBER PRIMVS

Non afferre solet, atq; enim inter cetera noctis  
Monstri parę; monstro nihil est corruptius isto  
Quem vero morum; non rerum copia ditat  
Quem virtus extollit; habet quod preferat auro  
Quod patrē viciū redim̄at; quod conferat illi  
Et genus & formam; virtus non queritur extra  
Non eget externis qui morib⁹ intus abundat  
Nobilitas sola est animum; que morib⁹ ornat  
Si lis inciderit te iudice: dirige libram  
Iudicij, nec flectat amor; nec munera palpent;  
Nec moueat stabilem personę acceptio mentem.  
Muneris arguitur accepti censor iniquus  
Munus enim a norma recti distorquet acumen  
Iudicis, & tetra inuoluit caligine mentem  
Cum semel obtinuit; vitiorum mater in aula  
Pestis avaricie; que sola incarcera omnes  
Virtutum species; spredo moderamine iuris  
Curritur in facinus, nec leges curia curat  
Parce humili; facilis oranti; frange superbū  
Grande aliiquid; si velle tenes; & posse tenebis;  
Castra moue; turmas instaura; transfer in hostem  
Si conferre manum; dum luditur alea martis  
Debilis; & nondum matura refugerit' etas  
Te tamen armatum videant; hylaremq; caterue  
Pugnantem precibus; monitisq; minisq; tonantem  
Profuit interdum; dominis pugnare iubendo  
Nam dum castra metus calcat; dum languida terror

ALEXANDREIDOS :

Agmina prosternit; dum corda manusq; vacillant  
Sigrauis hortatu; preceptor inebriat aures  
Se timor absentat, & sic formidine mersa  
Irruit in ferrum; monitis effrena iuuentus  
Hostibus ante alios primis fugientibus; insta  
Quod si forte tuus repeatat tentoria miles  
Agmina retrogrado fugiens hostilia gressu  
Sic fuge/ne fugias/videasq; fugare fugacem  
Hic fugit absq; fuga; qui sic fugit & fugat hostem  
Ultimus instando fugias; videantq; morantem  
Indocoresq; fuga; pudeat sine rege reuerti  
Interea metire oculis; quot milibus instent  
Quot peditum turmę; quot fusili vallibus assint  
Quot solem galeis equites; clipeisq; retundant  
Nec te terruerit numerus si videris illos  
Molliter instantes; ruc primus in arma sequentum  
Primus equum verte; pressoq; relabere freno  
Hic vigor emineat tuus; affectusq; tuorum  
Et feruens animus; duricq; pericia martis  
Hic equus opponatur equo; hic ensibus ensis  
Hic clypeus clypeis; hic obruta casside cassis  
Vix liceat victis victori offerre triumphos  
Cuncq; vel intraris; victis tradentibus vibem  
Vel si restiterint; portas perfregeris vibis;  
Thesauros aperi; plue donatiua maniplis  
Vulneribus crudis; & corde tumentibus egro  
Muneris infundas oleum; gazisq; reclusis

## LIBER PRIMVS

Vnge animos donis; auricq; appone liquorem  
Hęc egre menti poterit medicina mederi  
Sic inopi diues; largusq; medetur auaro

At si forte animo res non respondeat alto  
Copia si desit vel si minuatur aceruus  
Non minuatur amor; nec desit copia mentis  
Allice pollicitis: promissaq; tempora solue  
Munus enim mores confert; irretit auaros  
Occultat vitium: genus auget; subicit hostem  
Non opus est vallo quos dextera dapsilis ambit  
Nam seu pax vigeat: seu rupto federe pacis  
Regnet, & in toto discordia seuiat orbe  
Principibus dubijs: subitumq; timentibus hostem  
Est dare pro muro; & solidi muniminiis instar  
Mon murus, non arma ducem tutantur auarum.

Cetera quid moueam; sed non te emolliat intus  
Prodiga luxuries; nec fortia pectora frangat  
Mentis morbus amor, latebris & murmure gaudens  
Sibacho veneriq; vacas; qui cetera subdis  
Sub iuga venisti, perijt delira vacantis  
Libertas animi, veneris flagrante camino.  
Mens hebet interius, rixasq; & bella moueri  
Imperat: & suader rationis vile sepulchrum  
Ebrietas; rigidos eneruant hęc duo mores  
Parca voluptates sit eis explere voluntas  
Quileges hominum; & mundi moderantur habenas  
Dirigat ergo tuos studio celebrata priorum

## ALEXANDREIDOS

Actus iusticia, & per te reuocetur ab alto  
Ultima quę superum terras astrea reliquit  
Ne desit pietas: pudor & reverentia recti  
Diuinos rimare apices, mausuesce rogatus  
Legibus insuda, ciuiliter argue fontes  
Vindictam differ; donec pertranseat ira  
Nec meminisse velis odij post verbera, si sic  
Vixeris: eternum extendes per secula nomen.

Talibus informans monitor virtutis alumnū  
Imbuit irriguam fecundis imbrībus aurem  
Et thalamo cordis mores impingit honestos  
Ille libens sacrī bibulas accommodat aures  
Vocibus, extreme cōmendans singula cellę  
Mens igitur laudum stimulis sibi credula feruet  
Germinat intus amor belli; regniq; cupido  
Iam timor omnis abest, iam spes prējudicat annis  
Iam fruitur voto, iam mente proteruit in hostem  
Iam regnat, iam seruit ei quadrangulus orbis  
Ergo ubi quę ferulę pueros emancipat ętas  
Aduenit, Makedo ciuiliter induit arma:  
Non sibi, sed patrie, regnac̄ in principe ciuis  
Tyro quidem: sed corde gygas; sed pectore miles  
Emeritus, tunc indomitum: tunc tanta videres  
Velle neoptolomum, quę vix expleret Achilles  
Nec solum in Persas; quos contra iusta querele  
Causa sibi fuerat: parat insanire; sed ipsum  
Et totum; si fata sinant; coniurat in orbem.

## LIBER PRIMVS

Vrbs erat auctoris nomen fortita Chorynthus  
Quam situs ipse loci: quam rerum copia maior  
Quam gens & populi: quam regum firma voluntas  
Sanxerat, ut regni caput & metropolis esset  
Hanc euangelico propulsans idola verbo  
Paulus ad eterni conuertit pascua veris  
Hic igitur macedo ne iura retunderet vrbis  
Post patris occasum: sacrum dyadema verendo  
Susciens capitii: sceptro radiauit eburno  
  
Stat procerum medius, stipat latus eius vtrumq;  
Canicies reuerenda patrum: mitisq; senatus  
Quorum iuris erat toto disponere regno  
Per quos insidijs obsistitur obice vallo  
Consilij, potiusq; valent interprete lingua  
Quam pugnare manu; tractare negotia belli  
Et gerere armorum causas: quam cingier armis  
  
Eminus assistunt pauloq; remotius; illi  
Effrenq; mentis; quorum sub pectore robur  
Imperat ingenio. & nestor succumbit Achilli  
  
Principis a facie vatum grege cinctus inermi  
Sedit Aristotiles molli velatus amictu  
Iam rude donatus facilq; prementibus annos  
Curuu, & impexos castigat laurea crines  
Contemplans igitur macedo per singula vires  
Pascitur intuitu procerum: & que maxima dudum  
Crescere non poterat: vehemens audacia creuit  
Regis ad aspectus, & quem conceperat ante

## ALEXANDREIDOS

Ampliat affectum, cordisq; reuerberat aures  
Applausus populi; maioraq; viribus audet  
Accedit facies animo, mentiq; profundq;  
Respondent oculi, totoq; accenditur ore  
Sic fuit ex facilis regem cognoscere promptum  
Ornamenta licet regi regalia desint  
Lucidus obrizo crinalis circulus auro  
Et que flammigeris ignescit purpura gemmis  
Sola tamen loquitur vultus reuerentia regem  
Mensis erat / cuius iuuenum de nomine nomen  
A quo vitis habet quod floreat vua propinet  
Quod bibat autumnus; & quod sibi bruma reseruet  
Cum tumet in fructum seges ardua; iamq; parabat  
Reti orgradum phoebus radijs incendere cancrum  
Cum macedo assensu pariter vulgiq; ducumq;  
In regem erigitur; lectosq; ad bella quirites  
Dividit in turmas; quorum bis milia bina  
Quingentiq; equitum numerus fuit; omnibus idem  
Impetus armorum, sed eos discriminat etas  
Nec solum iuuenes; sed quorum cana vetustas  
Testis militie, & probitas sub patre probata  
Legit Alexander; ductor princepsq; cohortis  
Nullus erat qui non sexagenarius esset  
Vsq; adeo positis; vt si quis cominus armis  
Principia inspiceret castrorum siue quiritum  
Prefectos equitum non crederet; immo senatum  
Preterea peditum quater octo milia bello

## LIBER PRIMVS

Instaurat, quibus arma sudes; & dacha bipennis  
Et quas letifero contorta volumina glandes  
Funda facit, gladiusq; & vite prodigus arcus  
Lunarq; orbes; & preuiia mortis arundo  
Incutiunt hastas; verubusq; minantur acutis  
Pectora torace; & ceruix secura galero  
Quos licet armarit: telo prestantior omni  
Virtus, tam voluisse tamen supponere mundum  
Qz potuisse sibi tam paucis milibus eque  
Miror Alexandrum: monstroq; similima fati  
Hec series, tot regna vni summittere paucos  
In tanto strepitu rerum mundiq; fragore  
Cum fremeret totus varijs rumoribus orbis  
Subtrahere auxilium; dubiumq; lacescere martem  
Detrahere absenti: suadente demosthene primi  
Cecropide, & vires opponere viribus ausi  
Estuat auditis macedo maturius ergo  
Castra mouere iubet Danais, sic minus hosti  
Improuisus adestr; & muris applicat alas  
Interea senibus in palladis arce receptis  
Eschinus eloquitur: cepteq; Demostenalitis  
Arguit, & pace ostendit nil tutius esse  
Dum sibi mandatas legatio mutua partes  
Exsequitur, patriq; suplicantis tractus amore  
Rex fedus renouat, pacemq; redintegrat vrbi  
Artibus ingenuis studijsq; vacare; sereno  
Annuit his vultu, martemq; remittit agendum

## ALEXANDREIDOS

Inde vbī discordes iterum sibi iunxit athenas  
Impiger ad veteres rapto volat agmine Thebas  
Aonide ituenum muros stipante corona  
Armati assistunt, portascē intrare volenti  
Obijciunt, quem si dominū patienter habere  
Sī prece non armis vellent occurrere, si sic  
Vt decuit fraudis cepte scelerisq; pigeret  
Fortassis poterant torrentem inhibere furoris  
Incolumemq; statum vite; veniamq; mereri  
Sed quēm eratē simul, & contemnere regem  
Presumpfere; sibi merito sensere tyrannum  
Dum super excidio macedo deliberat vrbis  
Iam populo varijs afflīcto cladibus assunt  
Collecti satrape, vicinis vrbibus; omne  
Qui genus accusant; recoluntq; ab origine gentem  
Intentam sceleri, & grecorum cede madentem  
Progenitos serpente patres; semperq; minores  
Cordibus infusum patrijs seruasse venenum  
Quis fastus nyobes? quis sparsam sanguine nati  
Fœmineum nescit v lululasse per agmen agauen  
Quis flamas semeles? quis regem lumine cassum  
Nesciat; in proprios reuolutum turpiter ortus  
Præterea partos infando semine; damno  
Totius Europe sibi concurrisse gemellos  
Hijs accensa super flagrascit principis ira  
Accingiq; suos pugnē iubet, inde parato  
Mille equitum cuneo; timidam circumtonat vrbem

## LIBER PRIMVS

Moenibus arcere hos ciues nituntur, eosq;  
Plurimus inuoluit telorum cominus ymber  
Non minus interea pedites subscindere muros  
Vestibus excussis; validisq; ligonibus; ardent  
Hos ne missilibus deterreat hostis ab alto  
Ut tuti lateant, alij testudinis instar  
Ictibus arcendis; iunctisq; vmbonibus instant  
Iam pede subducto; iam mole minante ruinam  
Precipi saltu; qui viui forte supersunt  
Aonide fugiunt, sebz in secreta receptant  
At danai: faxis cedentibus; hoste remoto  
Per murum fecere viam; ruit omnis in urbem  
Turba, perit nullo sexus discrimine; & etas  
Omnis; adest etiam dux Pelleus, & ipse  
Inuehitur thebas, armis stipatus, eocq;  
Accessit Cleodes; fide conspicuus; cecinitq;  
Regi dulce melos; liricisq; subintulit ista  
Clara deum proles macedo; fortissime regum  
Cui fauet astrorum series, cum quatuor orbis  
Climata despondent; filo properante; sorores  
Cuius ut inuictus victis & parcere scires  
Supplicibus victor; & debellare rebelles  
Divinis totiens monitis; armauit anhelum  
Pectus aristoteles, tu ne hanc rex funditus urbem  
Exitio delere paras, his sedibus ortus  
Liber thuricremis sua quem colit India templis  
Heccine terra deos tulit, actoremq; tuorum

b

## ALEXANDREIDOS

Nutrit alcidem, cuius supereminet omnes  
Edomitum totiens laus deriuata per orbem  
En muri; & structe modulis amphionis arces  
Disce pius victis, vincendis esse cruentus  
Instabile est regnum; quod non clementia firmat  
At si tanta tibi ciues torquere voluntas  
Solí parce solo; diuīscq; ignosce locorum  
Finierat cleades; sed stat sententia regis  
Prepositiq; tenax, irę permittit habens  
Equaricq; solo turres & moenia primo  
Imperat, & reliquam vulcano fulminat vrhem  
Postq; digna satis; compescuit vlcio Dircem  
Iamq; nouo didicit seruire Boętia regi  
Dispositis macedo; pariter patriaq; domoq;  
In Darium seuire parat, minus ergo peritos  
Armorum, minus audaces; famaq; minores  
Segregat; & patrijs tutela m deputat agris  
Inde rates varijs rerum speciebus honustat  
Nec tanto libuit paucos adhibere labori  
Namq; quater ductus; nisi ter senarius obstat  
Nauigij numerum; quinquagenarius equat  
Iamq; vbī veliuolum tenuit mare libera clas̄is  
Intenditq; fugam, nec iam vlla momordit harenam  
Anchora, cum patrō discederet incola portu  
Stridula concussit; concentibus aera miris  
Vox hominum presaga mali, mixtusq; tubarum  
Infremuit clangor, totumq; remugit equestris

## LIBER PRIMVS

O patrię natalis amor: sic allicis omnes  
O quantum dulcoris habes, fugitiua per altum  
Classis: dum patrię raptim furatur alumnos  
Sponte licet properent Persarum inuadere fines  
Nec trahit inuitos ad predę premia duxor  
Sola tamen reuocat patrię dulcedo volentes  
Nec sinit a patria diuelli mentis acumen  
Sed dulces oculos animumq; retorquet ad argos  
Donec ab intuitu longe decrescere viſus  
Europę defecit apex, portusq; recessit  
Tanta sub inuicto bellandi corde voluntas  
Tanta parentis erat obliuio, tanta sororum  
Solus ab ynachijs declinat lumina terris  
Effrenus Macedo, qui cum Cilicum prius arua  
Collibus eductis. Asiamq; emergere cernit  
Gaudet, & angustum vix gaudia tanta receptat  
Pectoris hospicium, remis incumbere nautas  
Non solum tensis vltra se credere velis  
Leticia daramante moram iubet; ocios illi  
Haud segnes per transtra parant assurgere, dicto  
Principis, & multo castigant verbere pontum  
Tantum aberat classis portus statione, lapillum  
Quantum funda potest celeri transmittere iactu  
Eminus emissa Pelleus arundine terram  
Vulnerat hostilem, faustumq; hoc pr̄dicat omen  
Tota cohors: letoc; extollit ad ethera plausu  
Nec mora, littoreis immersitur vncus harenis

b ij

## ALEXANDREIDOS

Exonerant primo naues, celeriq; volatu  
Exiliunt, viridic; locant in littore castra  
Deinde vacant epulis, ac dum solennia tractant  
Pocula continuant serae conuiua nocti  
Tertia pars orbis cuius ditione teneri  
Olim dicta fuit: eius quoq; nomen adepta est  
Hec Asia est, vasto quam gurgite solis ab ortu  
Terminat oceanus, & ab austro extendit in arcton  
A Borea thanais simul & meotidos vnda  
Claudit, ab europa nostrum determinat equor  
Huic soli; ex equo cessit partitio mundi  
Cumq; sit vna trium, solam hanc discindere mundum  
Topographi perhibent, igitur breuiore duabus  
Contentis spacio: medium non inuidet orbis  
Hic situs est Asiae, sed & illam mitis inumbrat  
Cesaries nemorum, fluviorum cursus inundat  
Nobilium multa regionum laude superbit  
Hec diues gemmis; elephantibus India barrit  
Bis serit; & fruges totiens legit, instat ab arcto  
Caucasus, irriguo paradisus spirat ab ortu  
Hechabet Assyrios; Medos; & Persida; quorum  
Persia nunc nomen, quam Mesopotamia finit  
Hec Babylonis opes Caldeaq; regna receptat  
Hec Arabum terras redolentes thure Sabeo  
In quibus ille lab or logicorum nascitur vna  
Semper auis phoenix, vicinaq; cynnamo myrrę  
Hinc Syriam Eufrates, illinc Armenia tangit

## LIBER PRIMVS

Diluuijç memor; superis celoç minatur  
Inde palestine cunctis supereminet vna  
Vnius Iudea dei; Iero solima terre  
In centro posita est; vbi virginis edita partu  
Vita obiit, nec stare deo moriente, renatus  
Sustinuit, sed contremuit perterritus orbis  
Totç Asie partes, quas si meus exaret omnes  
Aut seriem scindet stilus aut fastidia gignet  
Iamç sub aurora volucrum garris parabat  
Etlucem tenui precedere lingua susurro  
Lucifer emeritç confinia noctis agebat  
Astrorumç fugam; solis precursor anhelio  
Maturabat equo; facilis cum membra sopore  
Soluit alexander. igitur cum sole retusum  
Prospexit primo pelagus; radiosç natantes  
Emicat extemplo castris, & in ardua montis  
Erumpens, Asie metitur lumine fines  
Hic vbi vernantes cereali gramine campos  
Tot nemorum saltus tot prata virentibus herbis  
Lasciuire videt, tot cunctas moenibus urbes  
Tot bacchi frutices; tot nuptas vitibus ulmos  
Iam satis est inquit socij, mihi sufficit vna  
Hec regio: Europam vobis patriamç relinquo  
Sic ait, & patrium ducibus subdiuidit orbem  
Nam timor ille ducum; tanta est fiducia fati  
Regnorum; quecunç iacent sub cardine quadro  
Iam sibi parta putat, sic a populantibus agros

bij

## ALEXANDREIDOS:

Liberat, & pecorum raptus auertit ab h osti  
Iamq; iter arripiens Cilicum sibi vendicat arces  
Conciliatq; pij clementia principis' vrbes  
Pluris Alexandro fuit hec solertia, quam si  
Sanguinis impensa martem tractaret, ag itq;  
Pace vices bell'i: cum parcit & obrui t hostem  
Inde rapit cursum: phrigieq; per oppida tendit  
Ilion, & structos violato federe muros  
Idaliosq; legit saltus, quibus ore venusto  
Insignem puerum, pedibus louis armiger vncis  
Arripuit, gratumq; tulit super ethera munus  
Dumq; vetustatis saltem vestigia querit  
Sedulus, obiectur fluviali consita riuo  
Populu sœnones, vbi mechis falce notata  
Scripta latent Paridis, teneriq; leguntur amores  
Densa subest vallis; vbi litis causa iocoq;  
Tractata est: cum iudicium temerauit adulteri  
Vnde malis labes; & prima effluxit origo  
Iliaci casus; & Pergama diruit ignis  
Nunc reputanda tamen parui, sed quanta fuerunt  
Concutitur, testatur enim vetus illa ruina  
Quantum immensa fuit Troie mensura ruentis  
Dum bellatorum Macedo tot busta pererrat  
Argolicos inter cineres; manesq; sepultos  
Quos tamen accusant titulis epygramata certis  
Ecce minora loco: quam fama vedit Achillis  
Forte sepulchra sui; tali distincta sigillo

## LIBER PRIMVS

Hectoris gacides domitor clam incautus; inermis  
Occubuit; paridis traiectus arundine plantas  
Hec breuitas regem ducis ad spectacula tanti  
Compulit. & sterilem mulso satiauit harenam  
Et suffire locum sumpta properauit acerra  
O fortuna viri super excellentior inquit  
Cuius meonium redolent preconia vatem  
Qui licet examinem distracterit hec tora, robur  
Et patrem patrie; summum tamen illud honoris  
Arbitror augmentum; quod tantum tantus habere  
Post obitum meruit preconom laudis Homerum  
O vtinam nostros resolute corpore; tantis  
Laudibus attollat; non inuidia fama triumphos.  
Nam cum lata meas suscepit area leges  
Cum dominus Ganges; & cum pessundatus athlas  
Cum vires macedum Boreas; cum senserit Hamon  
Et contentus erit me solo principe mundus  
Vt solo sole; hoc unum mihi deesse timebo  
Post mortem; cineri ne desit fama sepulto  
Elisijsc velim solam hanc preponere campis.  
Neu vos excutiat cepto gens prouida bello  
Argolici fortuna; licet quandoq; minetur  
Aspera, que nunquam vultu persistit eodem  
Blandicijs indignus erit, mollicj potiri  
Fortuna, qui dura pati & amara recusat  
Nam que dura prius fuerant mollescere vidi  
Neu vos sollicitos agat ignorantia veri

## ALEXANDREIDOS:

Vnde hec tanta meq; surgat fiducia menti  
Occultum hoc vestris impariar auribus vnum  
Cum patris interitu; nutaret græcia merens  
Pausoniasq; scelus. & cedem cede piasset  
Nocte fere media somnum suadentibus astris  
Puluinar regale premens: penetralibus altis  
Solus eram. socios laxabat inertia somni  
At mea pernigiles vrebant pectora curæ  
Cunq; super regni ratio nouitate labaret  
Incertus; sequerer ne hostes: patriamue tuerer  
In neutro stabilis. facturus vtrumq; videbar  
Ecce locum subita radiantem lampade sensi  
Et celeste iubar noctis caligine pressa  
Irripuisse fores; tenebrasq; diescere vidi  
Cum timor incuteret mentem; testemq; pauoris  
Sentirem pauidos sudorem exire per artus  
Affuit ethereis; hominem si dicere fas est  
Ingenua grauitate plagis; quem barbara texit  
Multiplici vestis mixtim distincta colore  
Cuius vt ire solet filo radiante sacerdos  
Gemmea flammantes lambebat fimbria plantas  
Aurea rorifluos crispabat laurea crines  
Pectoris in medio bisseni stemmate miro  
Ardebant lapides gemmarum luce superbi  
Nescio quod nomen pretendere visa figuris  
Signabat medium tetragrammata linea frontem  
Sed quoniam mihi barbaries incognita lingue

## LIBER PRIMVS

Huius erat; legere hanc, me non potuisse fatebor  
Pr̄sul̄ occultum caput amplexante thyara  
Pēsq̄ verecundus talarī veste latebat  
Quī nīl me verbis prior aggrederetur habebam  
Quod breuiter possem scitari quis: quod: & vnde  
Egredere o Macedo for tissime finibus inquit  
A patrijs, omnemq; tibi pessundabo gentem  
At si me tibi forte vides occurrere talem  
Parce meis dixit, superasq; recessit in auras  
Discedensq; domum miro perfudit odore  
Hoc duce dura manus; hoc pr̄ncipe bella mouetis  
Sic fatur celeresq; gradus ad castra retorquet  
Vera tamen docuit, etenim cum victor adire  
Post Tyron euersam; multa legione pararet  
Ierusalem; templumq; dei violare; domosq;  
Velle putaretur iniucti principis iram  
Preueniens. vrbis sacro comitante senatu  
Exierat tali summus cum veste sacerdos  
Q ualem sydereo rex presule viderat ante  
Qui tanquam cognoscat descendit equo, eumq;  
Pronus adorauit, cunctis mirantibus: illum  
Impendisse decus homini; vnum quod sibi pridem  
Iusserat impendi, tunc rex legione sequentum  
Exclusa, paucis intrat comitantibus vrbem  
Et quod ab hebreis monitus fuit obtulit illuc  
Pacifice, & multo ditauit munere templum  
Iamq; valefaciens, indulto marte beate

## ALEXANDREIDOS

Vrbis; perpetuo donauit munere ciues

¶ Argumentū Secundi libri.

Reparat ad pugnam Dariū Persasq;  
secundus

Scribit Alexandro Darius; populum  
q; recenset

At macedo fatale iugū mucrōe resoluit

Seç sibi recipit; morbum curante Philippo

Stant hinc inde acies Cilicum conclusa iugosis

Faucibus, iniusti syenem premit alea fati

Spernitur a persis ducibus, licet vtile; docti

Consilium Timodis, placuit committere fatis

Omne simul robur; socios horfatur ad arma

Acer vterq; ducum; plaudentibus afflonat aer.

**T**lorem patrię magnum iam fata minantem

Nuncia; Persarum discurrens fama per vrbes

Desidie torpore grauis luxuq; soluti

Terrifico strepitu, Darij concusserat aures

Qui licet imperio maior; munitior armis

Obsequijs regum; precioso ditione

Nobilior titulis; euo maturior esset

Bellatore nouo; tamen experientia martis

**Q**ua dissuetus erat; & pax diuturna labantes

Impulerat regis animos; vt in omnibus esset

Inferior duce; quo poterat prestantior esse

Si mens tanta foret pugnandi; quanta facultas

Ne depresso tamen terrore; minusq; rigoris



## LIBER SECUNDVS

Regia maiestas videatur habere; superbo  
Intonat ore minax Darius, gentesq; subactas  
Colligit in castris; cuius per regna volante  
Ocius edicto; ruit omnis in arma iuuentus.  
Interea a Dario ne nil fecisse videri  
Possit. Alexandro legatur epistola talis  
Rex regum Darius: consanguineusq; deorum  
Scribit' Alexandro famulo; licet in dolo clarus  
Parce puer teneris; & adhuc crescentibus annis  
Non est apta legi que non maturuit arbor  
Quos tibi sumpsisti temerarius exue cultus  
Armorum; & caste gremio te redde parentis  
Quaeque tuę potius etati congrua misit  
Lora tibi teretem q; pilam; forulosq; capaces  
In sumptus. comitum fomenta, vięq; leuamen  
At si tanta tuum vexat vesania pectus  
Vt paci lites; & amico preferat hostem  
Non equites; verum furiata mente clientes  
Emittam, qui te corruptum verbere: duris  
Affligant penis, tenebrisq; perhennibus addant  
Frendit Alexander modice turbatus, eisq;  
Qui sibi detulerant Mèdi mandata tyranni  
Procincte subicit, meliusq; interpretor inquit  
Et magis egregie, vestri muniscula regis  
Forma rotunda pile, speram speciemq; rotundi  
Quem mihi subiectam pulchre determinat orbis  
His in subiectos mihi Persas utr habentis

en

## ALEXANDREIDOS

Gr̄corumq; sinuſ forulos implebo capaces  
Cum victor: Darij veteres effregero gazas  
Sic ait. & formē regalis ymagine cere  
Impressa, vario legatos munere ditat

At Darius quamuis fama mediante; recepto  
Mennonis excessu, labefacto pectore nutat  
Aspera fortunę tamen in contraria torquens  
Conclusus procerum serie; peditumq; cateruis  
Tendit ad Eufratem. vbi tot radiantibus auro  
Gentibus explicitis, diffusis æquore vasto  
Tot populis, vires dedit in commune videndas  
Elatusq; animo vallum circundedit; vnde  
Primo sole locum feriente recensuit omnes  
Xerxis ad exemplum. donec nascentibus astris  
Montiuage phœbes; precederet hesperus ortum  
Egreditur vallo virides effusa per agros  
Infinita phalanx, numerumq; recensita vincit  
Spargitur, & speciem maioris copia prebet  
Sic vbi balantes ad Pascua veris iturę  
Vt totidem reddat pastor quot fudit ouile  
Mane nouo numerantur oves, quas anxia sortis  
Ne minuat numerum lupus, opilione sinistro  
Capripedi fauno commendat sedula baucis  
At prior in Magnum; Darij congressus. & acris  
Pugna sub illustri aduersa deuce Mennone patris  
Millia nobilium tenuit sexcenta virorum  
Q uos licet inferior numero sed fortior armis

## LIBER SECUNDVS

Fudit Alexander; expugnatamq; suorum  
Viribus, intravit Midę prædiuitis aulam  
Gordiam veteres: Sardim dixere moderni  
Hic Asiam refluis vndarum in cursibus arctant  
Faucibus angustis, gemini confinia Ponti  
Hic ab vtroq; mari distans sangarius eque  
Littoribus tamen alterius communicat vndas  
Hic Louis in templo Midę patris alta coruscant  
Plaustra, iugumq; vetus Asie fatale, sed eius  
Funibus inter se coeuntibus; arce latenti  
Complosisq; iterum, spacio tempore: nemo  
Vel reperire caput poterat, vel soluere nodos  
Certa fides vrbis: ita disposuisse tenacem  
Fatorum seriem; qui vincula solueret; illum  
Regno totius Asiae debere potiri  
Mouit Alexandrum supplendi fata cupido  
Attollensq; iugum; nexus dissoluere tentat  
Luctatusq; breui; cum se contendere frustra  
Aspicit, astantes ne triste reuerberet omen  
Quid refert inquit proceres: qua scilicet arte  
Quoue modo tacite pateant enigmata sortis  
Dixit, & arrepto nodos mucrone resolut  
Vnde vel elusit sortem, vel forte reclusit  
Hinc venit Anchyram, missis qui marte retundant  
Cappadocum gentes, quibus in sua iura redactis  
Mane iter accelerat Macedo; spacioq; diei  
Vnius stadia: rapidis quingenta peregit

c iiij

## ALEXANDREIDOS

Gressibus; accelerans pauidum peruertere regem  
Quippe graues aditus Asie faucesq; locorum  
Angustas metuens; Cilicum iam plana tenenti  
Obuius ire parat Dario, qui primus eoo  
Cum sol rorifluua stillaret lampade castra  
Mouit ab Eufrate, lituis caua saxa resultant  
Respondent valles, ictusq; fragoribus aer  
Ingeminat strepitus, agitantq; tonitrua nubes  
Hic fragor in castris sed & hic erat agminis ordo  
Ignem quem Persę sacrum eternumq; vocabant  
Axibus auratis argentea prætulit ara  
Alba Iouis currus series ducebat equorum  
Celataq; decem gemmis auroq; quadrigas  
Tam cultu varię: quoniam lingua & moribus; vno  
Agmine bissex comitantur in ordine gentes  
Quosq; immortales mentitur opinio vulgi  
Mille fere decies plaustris, auroq; feruntur  
At consanguinei regis muliebriter omnes  
Milia prætextis: ter quinque feruntur amicti  
Mole graui medius, radijs stellantibus auro  
Inuehitur Darius curru, quem stipat vtrinq;  
Effigies numerosa ducum: quem predicit ardor  
Gemmarum, & luxus opulentia barbara regem  
Desuper ardentis feroorem temperat estus  
Fictilis aurata: pendens Iouis armiger ala  
Hunc hastata decem præcedunt milia: quorum  
Aurum cuspis habet, argentea candet arundo

## LIBER SECUNDVS

Præterea Darius preclaros sanguine regum  
Contiguos lateri præceperat ire ducentos  
Neue sit in promptu Danais penetrare tribunal  
Regis, munitis peditum præstantibus armis  
Clauditur extremum ter denis milibus agmen  
Subsequitur Mædi plenus genitricē tyranni  
Currus, & vxor adest, natiq; & tota supellex  
Regia, pellicibus totidem sub pondere tanto  
Quinquaginta fere suspirant plausta vehendis

Moris erat Persis ducibus, tunc temporis, omnem  
Ducere in arma domum, cum tolli signa iuberent  
Sexcentis sequitur inuecta peccunia mulis  
Tercentumq; onerant, dorso surgente camelos  
Pluribus hoc agmen, centenis milibus ambit  
Funditor, & leuibus funde faculator habenis  
Ultima procedit leuis armatura virorum  
Excedens numerum, pedibusq; accitus & axe  
Aurea puluereus inuoluit sydera turbo

Interea Macedo profugis vastantibus arua  
Cilicię deserta vident; rapit agmina ductor  
Ad loca que tyri dixerunt castra priores  
Præmissis igitur duce Parmenione cateruis  
Tharsum seminecem Persarum seruat ab igne  
Hic vt scripta ferunt illustri claruit ortu  
Per quem precipue cecis errore subacto  
Gentibus emersit radius, fideiq; lucerna  
Purus & illimis medium perlabitur urbem

c iiiij

## ALEXANDREIDOS

Cignus: qui gelidos haurit de fontibus amnes  
Contentus sese est: nullasq; aliunde ruentis:  
Admittit torre ntis aquas: sed gurgite ludit  
Calculus, & refugo lapsu lascivit harena  
Hic primum didicit magnus durare salutem  
Nulli continuam: sed mixta aduersa secundis  
Impulit hic regem vis presumptiuia superbum  
Quę potuit potius laudis factantia dici  
Ergo cum casu luctari fata videres  
Queq; aspirabat ceptis sors prospera paulo  
Substitit. & macedum spem desperare coegit  
Estus erat medius: cum sole tenente leonem  
Iulius arderet: mediocq; sub axe diei  
Arida cilicię findit vapor igneus arua  
Perfusus macedo sudore & puluere membra  
Temperie fluuij captus: specieq; liquoris  
Corpore adhuc calido: subiectis insilit vndis  
Horruit extemplo: gelido perfusa liquore  
Tota viri moles. vbi non inuenit apertas  
Spiritus arterias: corpusq; relinquit inane  
Frigore: vitalis calor interclusus aquarum  
Fluctuat: afflictus rex. exanimusq; suorum  
Exrahitur manibus: oritur per castra tumultus  
Flebilis. & graium ruit in lamenta iuuentus.  
Flos iuuentū macedo: quis te impetus inter amicos  
Nudum: quis casus inopina morte subegit  
Improba mobilior folio fortuna caduco

## LIBER SECUNDVS

Tygribus asperior.diris immittior idris  
Thesiphone horridior.monstroꝝ truculentior omni  
Cur metis ante diem florentes principis annos  
Hactenus extiteras mater,quis te impulit illi  
Velle nouercari,quem promissum sibi regem  
Mundus adoptabat, sed quis manet exitus illos  
Optime rex; quibus a patria tua castra sequutis  
Non licet in patriam; loca per deserta reuerti  
Nunquid nos sine te medios mittemur in hostes  
Sed quis dignus erit:tanto succedere regi

Audijt hęc: ut forte rotam voluendo fatiscens  
Ceca sedebat humi fortuna,animamq; resumens  
Surgit,& argolicos subridens ore Sereno  
Increpat vscq; metus,ac secum pauca susurrat  
Inscia mens hominum:quanta caligine fati  
Pressa facet,que me totiens iniusta lacescit  
Ius reliquis proprium licet exercere deabus  
Me solam excipiunt,que dum bona confero;magnis  
Laudibus attollor; si quando retraxero rebus  
Imperiosa manus; rea criminis arguor.ac si  
Nature stabilis sub conditione teneri  
Possem,si semper apud omnes vna manerem  
Aut eadem:iam non merito fortuna vocarer  
Lex mihi nature posita est sine legi moueri  
Solaq; mobilitas stabilem facit; hęc vbi dicta  
Liberior regis iam morbida membra reuisit  
Spiritus.& solitos paulisper habere meatus

## ALEXANDREIDOS:

Cæpit, sed nimius vrebatur pectora morbus  
Qui tamen attollens erecto lumine vultum  
Ergo ait; in castris victum sine marte cruentus  
Victor Alexandrum rapiet, iam proximus hostis  
Non medicos segnes; non Cretica tempora morbi  
Expectare sinit; spolijs v'lulabit ademptis  
Hostica barbaries, at rex inglorius; exul  
Nudus in hostili sine laude facebit harena  
Sitamen in medicis est, ut reparare salutem  
Arte sciant medica, faueat medicina, sciantque  
Menon tam vitæ spacium; quam querere belli  
Non tam mortis agit me; quam dilatio martis  
Nam licet ager adhuc; si saltem stare meorum  
Ante aciem potero, cursu fugitiua capaci  
Terga dabunt hostes, Danaicæ sequentur ouantes  
Impetus hic regis, precepitque libido cohortes  
Mouerat ancipites, ne festinatio curæ  
Augeret morbum, sed enim spondente Philippo  
Qui comes a patre datus est, custosque salutis  
Indulto spacio tridui, tamen anxius egre  
Expectat morbique fugam, redditumque salutis  
Hinc Premissa ducis deturbat epistola regem  
Que medicum damnat auro tedaque fororis  
Corruptum a Dario; iam tertia sparserat ignes  
Explicitum tenebris rutilos aurora per orbem  
Cogitur insontis hausturus pocula ductor  
De medici dubitare fide, sed potio postquam

## LIBER SECUNDVS

Exhausta est. cartam dextra nutante legendam  
Porrigit archigeni. quam dum legit ille legentis  
Nulla notare potest in vultu signa pudoris

Atq; ita subridens. bone rex exclude timorem  
Laxa animum curis; sine vim medicaminis huius  
In venas recipi. qui me tibi detulit: audi  
Aut ne sic pereas. reliquis ardenter optat  
Sedulus. aut nostra macrescit liuidus arte  
Verius ut fatear: aut in tua damna proteruit  
Qui notat innocuum sceleris. qui prodigionis  
Arguit insontem. merito non creditur insons  
Nam reus unde reum se nouerit. illud acerbe  
Obicit. sic iniuste quandoq; ligatur  
Iustus. & iniustos absoluit curia mendax

Hec vbi dicta. metum iubet euanescere regis  
Ergo vbi transmissum medicamen ad intima venas  
Imbuit. emeriti perierunt semina morbi  
Exhilarat vultum color. & pallore perempto  
Emergit facies. niveo liquefacta rubore  
Mens redit. & virtus rediuiva renascitur intus  
Occurrunt proceres audi spectare philippum  
Illiūs injiciunt iocundi brachia collo  
Hunc patrem patrie seruatoremq; salutant

Rex: cum sol rutilos radiaret crastinus axe  
Insigni prouectus equo. per castra videndum  
Se dedit. & pauidis excussit mentibus omnem  
Segniciem. vultuq; suos ac voce refecit

ALEXANDREIDOS:

Inde vbi finitimas exercitus obruit vrbes  
Et sacra pro dubia: que vouerat ante salute  
Persoluit superis; ferratos mœnibus issit  
Applicuit cuneos, vbi parmenio venienti  
Occurrens; vrbis desertæ a ciuibus infert

Queritur hic inter proceres; an debeat ultra  
Extendi bellis acies; pociusve sit ho stis  
Operiendus ibi, placuit sententia tandem  
Hec potior ducibus; inter montana iugosis  
Faucibus, hic fatis committere robur vtrumq;  
Quippe pares illuc acies vtriusq; tyranni  
Parmenio censem; angusta valle futuras  
At Sisenes; qui rem tacite suppresserat; auro  
Creditur a Dario furtim corruptus, eumq;  
Mors iniusta ferit, non ignorantे tyranno

Iamq; superueniens grœcis equitatus ab oris  
Exilio comitante fugam; duce tymode castris  
Infertur Darij, regiq; salubre propinans  
Consilium: suadet; vt dum licet; axe citato  
Obliquum retro vertat iter; cursuq; volucris  
Puluero repetat spaciosos equore campos  
At si degenerem pudeat; introducere regem  
Conuerso ne forte gradu; vertatur in omen  
Triste suis, saltem gazas & pondera belli  
Dividat in partes, vt si fortuna; quod absit  
Fauerit argolicis; in primo marte supersit  
Copia; queq; recens ruat in discrimina pubes

## LIBER SECUNDVS

Non mediocris enim furor est. exponere bellis  
Vno velle simul fortunę cuncta sub ictu  
Vtile consilium dederat. sed inutile visum est  
Principibus Persis. quorum peruertere regem  
Mens erat. vt merita deleret morte quirites  
Conductos. etenim parat dispergere græcos  
Velle putant. vt sic spolijs & rebus onusti  
Ad Macedum redeant regem; pacemq; reformat

Rex vt mitis erat satis ac tractabilis; aures  
Obstruit his monitis. & pectore saucius absit  
O proceres ait. vt nostro dominetur in euo  
Dedecus hoc. perdam ne viros mea castra sequitos  
Castra; fidemq; meam. nunquam tam sequa seueros  
Iamq; senescentes infamia polluat annos  
Sic ait. & grates referens absoluit achiuos  
Sed regredi regem; profugus ne forte putetur  
Dedecori ascribit. iamiam committere bellum  
Ardet. & angustos inter discurrere montes  
Degaza primo diffinit; eoq; iubente  
Maxima cum cuneis pars est deuicta damascum  
More tamen veterum seruato; regia coniunx  
Et soror & proles in castris fata sequuntur  
Certus ab hinc Darius; cum crastinus exeret orbem  
Luciferum tytan; regum concurrere vires  
Ascendit cumulum modico qui tolle tumebat  
Castrorum medius; patulis vbi frondea ramis  
Laurus odoriferas celabat crinibus herbas

## ALEXANDREIDOS:

Sepe sub hac memorant, carmen sylvestre canentes  
Nymphae vidisse choros, satyrosq; procaces  
Fons cadit a leua, quem cespite gramen obumbrat  
Purpureo, verisq; latens sub veste locatur  
Riuulus, & lento rigat interiora meatu  
Garrulus, & strepitu facit obdurescere montes  
Hic mater Cybele, Zephyrum tibi Flora maritans  
Pullulat, & vallem fecundat gratia fontis  
Qualiter alpinis spumoso vertice saxis  
Descendit Rhodanus, ubi Maximianus eos  
Excinxit cuneos, cum sanguinis vnda meatus  
Fluminis adiuvuit, fusa legione Thebea  
Permixtusq; crux erumpit in ethera, spreto  
Aggere riparum, totumq; rigauit Aganon  
Hinc ad suppositas vulgi procerumq; cohortes  
Pacifici Darius, obliquans luminis orbem  
Accitis ducibus prius in discriminem ituris  
Segregat in partes, deinde sic orsus, adultas  
Ore pio spirante preces, soloq; mereri  
Debuit aspectu facies matura fauorem  
Heredes superum Persae, gens vnicula bello  
Cui genus a prisci descendit origine Beli  
Quicq; pritus sacra meruit venerandus ydea  
Inter celicolas solio stellante locari  
Solute corda metu, pudor est pugnamq; vocari  
Dedecet, in dominium cum seruus abutitur armis  
Vltio non bellum est, seruos ubi sceptra rebelles

## LIBER SECUNDVS

Corripunt, captosq; domant, patriamq; tueruntur  
Spurius ille puer regni moderamen adeptus  
Cuncta sibi cessa ratus: feruore iuente  
Ducitur, & casus ruit impro uisus in omnes  
Et pugnando mori mauult q; cedere victus  
Et iam spe vacuus: animo lentescit inani  
Damnorumq; memor que grannitus intulit amnis  
Incipit afflictus patrijs diffidere rebus  
Proh pudor in rerū dominos: quibus omne metallum  
Seruit, serui inopes pauci sine viribus audent  
Scire velim Macedo, quibus inspirante megera  
Artibus, illius cyri te posse potiri  
Imperio iactas, cui lydia cresus & omnes  
Curuauere genu quocunq; sub axe tyranni  
Qui licet extinctus, me successore superstes  
Regnat, & in viuo viuit fortuna sepulti  
Si veterum monimenta manent: si mente recordor  
Scripta patrum memori: quis nos a stirpe gygantum  
Ignorat duxisse genus: quis bella deorum  
Quis coctum laterem: structamq; bitumine turrem  
Nesciat a proavis, magnaq; quis immemor vrbis  
Cui dedit eternum labij confusio nomen  
Ergo agite o proceres patrium retiocare vigorem  
Pro patria stare: & patrię titulis & honori  
Inuigilare decet, ne pauper & aduena vicit  
Conculcet pedibus terram & monimenta parentum  
At si quem vestru: quod abominor: improbus hostis

## ALEXANDREIDOS:

Excutiat campo.profugumq; per arua fatiget  
Si mihi; si patrie; si ciuiibus arma negatis  
Vxores saltim ac natii; quos hostica clades  
Obteret in castris, moueant in bella reuerti.  
Non tamen id vereor, quia iam victoria persis  
Applaudit ducibus. etenim ludente fauilla  
Ardere in somnis: macedum tentoria vidi  
Vesanumq; ducem ritu babilonis amictum  
Purpureo luxu; subeuntem moenibus urbis  
Ad me perlatum: dehinc euanescere raptum  
Quid motor; eternum testor iubar. aurea solis  
Lumina: cui dedimus nostris in finibus ortum  
Hostis erit, quicunq; fuge laxabit habenas.

Plura loquuturo, celeri pede nuncius afferit  
Deseruisse locum graios, pauidosq; cohortes  
Consuluisse fuge, iam per compendia saltus  
Ad pelagus rapuisse gradum, perq; ardua montis  
Præcipitasse viam, mollem sic principis aurem  
Pascit adulator, fluitat percussus inani  
Leticia, damnatq; moras, exercitus ergo  
Flumine transmissio: per saxa per inuia raptum  
Querit iter, profugumq; parat peruertere regem  
Quo ruitis peritura manus; iuuuenem ne putatis  
Inuictum fugere hunc; qui quoq; criminè credit  
Turpius esse fugam; qui ne fugiatis inertes  
Hoc solum meruit; etenim si forte daretur  
Optio talis ei, fugiens an cedere mallet

## LIBER SECUNDVS

Quam vincit a profugis, hostiis resistere vicitus  
Forsitan ambigeret utrum minus esset honori  
Iam caldea cohors ysson festina propinans  
Proditur excubij, aurum lapidumque nitore  
Fulgurat armorum series, graditurque rapacis  
Turbine puluereo, furata volumine solem  
Prouidus aeria currens speculator ab arce  
Nunciat argolicis, Babylonis adesse tyrannum  
Et genus omne hominum, vix credere sustinet ille  
Quem bellum mora sola mouet, prior ergo maniplis  
Intonat arma arma o Danae prior urbe relicta  
Fulminat in Persas, sequitur galeata iuuentus  
Sic ruit in praedam iejuna fauce Lycaon  
Cuius opem sicco mendicat ab ubere pendens  
Vagitus prolixi, tandemque impagitus in agros  
Cedis amica fames, vacuis concepta sub antris  
Stat pecus attonitus, quod nec fugere audet, & ipsum  
Si fugiat nemoris alios incurret hiatus  
Copula diripiuntur canibus, quos ore canoro  
Et bacculo & palmis irritat ab aggere pastor  
Haud aliter Macedum rex debacchatur in illam  
Barbariem, quem nunc profugum pavitare ferebat  
Hos ubi discretis acies aduersa cateruis  
Aspicit in bellum subito prodire volatu  
Spem sibi mentitam metuens, in praelia mente  
Confaternata ruit, sed vox & in armis ruentum  
Impetus, & discors exercitus agmina turbat

d

## ALEXANDREIDOS

Quippe vie potius quam bello; hosti⁹ terendo  
Aptus erat miles; Darius tamen agmine rursus  
Disposito; caute secum' delibera⁹t hostem  
Milite consulto vi circum cingere multa  
Vtile propositum, regi⁹ suis⁹ salubre  
Quod ratus est; verum ratione potentior omni  
Discussit fortuna proca⁹; quę sola tuetur  
Tuta; grauata leuat, cassat rata; foedera rumpit  
Infirmat firmum, fixum mouet, ardua frangit  
Iam Macedum series certo stabilita⁹ tenore  
Inq⁹ acies distincta suas; montana tenebat  
Rex stabilem peditem; velut insuperabile vallum  
Opposuit Persis in prima parte phalangem  
In cornu dextro p̄fecti iura Nichanor  
Parmenionis habet; illi Tholomeus Aminctas  
Perdicas Cenes Clytus & Meleager adherent  
Vnusquisq⁹ sui dux agminis. at tibi lęuum  
Commissum est cornu qui nulli marte secundus  
Parmenio. sequitur alacer cratherius/eisq⁹  
Iungitur antigonus. & turbidus ense Philotas  
Hostibus expositus ante omnia signa suorum  
Cornipedem versans; in dextro marte coruscat  
Casside flammanti: gladioq⁹ tremendus & hasta  
Armipotens Macedo; lateri iunctissimus h̄eret  
Concius archanis; studio par regis & eu⁹  
Sed longe rosea prestans Ephestio forma  
Precedens igitur hylaris; vexilla quiritum

## LIBER SECUNDVS

Prefectos prece sollicitat, blanditur amice  
Consolidat dubios; animos audentibus auget  
Errantes reprimit; sparsasq; recolligit alas  
Spe libertatis seruos; tenues & auratos  
Inuitat precio; lente gradientibus hasta  
Innuit; ut properent, nunc hos nunc circuit illos  
Nunc arcus lentare monet, nunc fundere glandes  
Si procul insistant acies, nunc hoste propinquuo  
Rem gladio gerere: nunc querere fata bipenni  
Dumq; gradus inhibent; hec illis pauca profatur.  
Martia progenies; quorum ditione teneri  
Legibus astringi; totus desiderat orbis  
Ecce dies optata, parat qua prouida nobis  
Soluere promissum totiens; fortuna triumphum  
Cuius in europa dudum preludia sensi  
Cum genus aonidum; totamq; a sedibus urbem  
Delestis; soloq; metu domuistis Athenas  
Cernitis imbelles auro fulgere cateruas  
Cernitis vt gemmis agmen muliebre coruscat  
Prætendit præde plus quam discriminis, aurum  
Vincendum est ferro, tantum didicere minari  
Deliciæ molles, gladios & vulnus abhorrent  
Letifer illorum scrutatus viscera mucro,  
Cum semel hostili respars'erit arua cruento  
Per saltus / per saxa; fuge diuortia querent  
Quanta mei vobis sit cura; probare licebit  
Cum gladios hebetes; fractos cum videro cassos

d ij

## ALEXANDREIDOS

Ictibus ambones, ferentis dextera mentis  
Exprimet affectum; tantum sub pectore vobis  
Charus Alexander: quantum permiserit ensis  
Vincite iam victos, gladio qui parcit in hostem  
Ipse sibi est hostis, vitam qui prorogat hosti  
Derogat ille suę, non est clementia bello  
Hostibus esse pium, grauis est sibi dignaç̄ cædi  
Cædis parca manus, segnes incurvare mortem  
Dum pauit audent, sed non occurrere morti  
Aspersis ducibus quotiens illata pelasgi  
Mentibus incurunt iniuria: prælia; cædes  
Creditis esse sati patrum luere acta nepotes  
Plurimus in penas populus non sufficit iste  
Europe strages Asie pensabo ruinis  
Moedia cum Dario Persis commissa piabit  
Me duce signa duces producite; me duce vallum  
Sternite, consertos incedite cede per hostes  
Prelia non spolium mecum discernite, cedant  
Præmia preda meis, mihi gloria sufficit vna  
Rem vobis: mihi nomen amo. Sic fatur. & ecce  
Concurrunt acies, Persę clamore soluto  
Horrisonis vexant tenues, v lulatibus aura  
Classica terrorifico distringunt arua boatu  
Hic fit & inde sonus, lituus illiditur aer  
Et referunt raucos montana cacumina cantus  
Quæc̄ sonos iterat purum sine corpore nomen  
Responsura fuit nunquam tot vocibus echo

## LIBER SECUNDVS

Arma tamen Darij multo sudore fabrili  
Parta micant; referuntq; virum monimenta priorum  
Emulus ad litem iubar insuperabile solis  
Inuitat clypeus. septeno fusilis orbe  
Fulget origo patrum Darij: gentisq; prophanus  
Ordo gyganteq; quorum sub principe Nemphrot  
Sennaar in campo videoas consistere fratres  
Terrigenas. vbi diluuij dum fata retractant  
Coctile surgit opus: sermo prius omnibus vnujs  
Scinditur in varias: dictu mirabile linguas

Parte micans alia: sacram molitur ad urbem  
Rex caldeus iter. fulgent insignia patrum  
Prælia. & hebreæ celebres de gente triumphi  
Victoris sequitur deiecto lumine currum  
Captiuata tribus. muris temploq; redactis  
In planum hostilis infertur moenibus urbis  
Priuatus solio: gemma cum luce tyrannus

Ne tamen obscurent veterum preconia regum  
Quorundam maculæ: sculptoris dextera magnam  
Præteriit seriem: q; prætermittere visum  
Inter tot memoranda ducum: regumq; triumphos  
Agresti victu pastum: & fluuialibus vndis  
Turpe fuit regem versa mugire figura  
Rursus in effigiem sensu redeunte priorem  
Præteriit vixisse patrem: quem filius amens  
Nenunquā patria regnaret solus in urbe  
Consilio loachim: proh dedecus: alite diro

d iii

## ALEXANDREIDOS:

Membratim lacerum sparsisse per auria fertur.  
Vltima pars clypei Persarum nobile regnum  
Inchoat, in sacro libantem Balthasar auro  
Scribentisq; manum: conuersaq; fata notantis  
Aspicias; cuius occultum enigma resoluit  
Vir desiderij, sed totum circuit orbem  
Atq; oras ambit clypei celeberrima Cyri  
Hyftoria, a tanto superari principe gaudet  
Lydia: & ambiguo deceptus Apoline Crœsus  
Ausa tamen Thamaris bellî tentare tumultus  
Viribus apponit vires, belloq; retundit  
Infractum bellis, & iniquo sydere mergit  
Tot titulis illustre caput, proch gloria fallax  
Imperi, proch quanta patent ludibria sortis  
Humanq; Cyrum terrę pelagicq; potentem  
Delicias orbis: quem summo culmine rerum  
Extulerat virtus, quem fama locabat in astris  
Qui rector composq; sui, qui totus: & vnuus  
Malleus orbis erat, imbellis femina frēgit  
Parcite mortales animos extollere fastu  
Collatis opibus aspernariq; minores  
Parcite victores ingratii viuere summo  
Victori, vires: sceptrum: diadema: triumphos  
Diuicias dare qui potuit auferre valebit.

Finit secundus liber.

ARGUMENTVM  
TERTII LIBRI



Ertius arma canit; populos in fata  
ruentes.

Vincuntur Persæ, Darij præciosa su  
pellex. (& vxor.

Diripuit, soror & mater capiuntur

Septennisq; puer; capta Sydone Tyroq;

Funditus euersa, magno disserimine Gaza

Vincitur, & Libies a paucis visitur hamon

Præterea Darius reparato robore: rursus

Maior in arma ruit, fit seditionis origo

In castris Macedum lunæ defectus; & ecce

Consulti vates duro de tempore tractant.

J Liber Tertius.

F Am fragor armorum iam strages bellica vincit  
Clangorem lituum. subtexunt astra sagittæ

Missiliumq; frequens obnubilat aera nimbus

Primus in oppositos prætenta cuspide Persas

Ocius emisso tormenti turbine faxo

Torquet equum macedo, qua confertissima regum

Auro scuta micant, vbi plurima gemma superbis

Scintillat galeis, qua formidabile visu

Auriuomis patulas; absorbens faucibus auras

Igniti Dario præfertur forma drachonis

Querentiq; ducem quem primum vulnere dignum

Obruat obijicitur Syriæ præfector Arethas

Cuius ab aurata volitans ac pendulus hasta

## ALEXANDREIDOS:

Vendicat astra leo, galeam carbunculus vrit  
Primus alexandri tremebundo traīcit iētu  
Caldeus clypeum, sed fraxinus afferis arctum  
Formidans aditum fracto crepat arida ligno  
Fortiter occurrens ferro pelleus arethe  
Dissipat vmbonem, qua barbara bulla dīescit.  
Principis in clypeo; nec eo contenta trīlicis  
Lorice dissarcit opus, cordisq; vagatur  
Per latebras animamq; bībit lētalīs harundo  
Occidit occisus; largocq; foramine manans  
Purpurat arua cruor; regem clamore fatentur  
Altisono vicisse suum; primumq; tulisse  
Primitias belli; faustum sibi prēdicat omen  
Grēca phalanx; lētocq; ferunt ad sydera plausu  
Densantur cunei, Clytus & Ptholomeus in armis  
Conspicui. tanta leuitate feruntur in hostes  
In tauros quanta geminos rapit ira leones  
**Q**uos stimulat iejuna fames, causamq; furoris  
Adiuuat excusse grauis obligatio caude  
Hic Tholomeus equo parthum Dodunta supinat  
Tempora transfixum, cerebroq; fluente gementem  
At conto Clytus Arctophylon euertere tentat  
Inq; vicem feriunt se, clypeisq; recusa  
Vtracq; dissiluit obtuso lancea ferro  
Quadrupedī quadrupes; armocq; opponitur armus  
Pectora pectoribus; orbisq; retunditur orbe  
Torax torace; gemit obruta casside cassis

## LIBER TERTIVS

Nec mora. poplitibus ambo cecidere remissis  
Vectores; vectiq; simul; similesq; peremptis  
Exanimes iacuere diu. sed corpora postq;  
Conualuere. prior reparato robore rectus  
Iamq; pedes recipit sese Clytus; Arctophilusq;  
Surgere conantि solo furialiter ictu  
Demetit ense caput; & terre mandat humandum  
Preditus eloquio; bello specieq; sinistro  
Fuderat in cornu гречum Mazeus Hyollam  
Vltor adest agilis stricto mucrone Philotas  
Et quia Mazeum sonipes summouerat. Othym  
Cominus aggreditur. cuius latus ense bipartit.  
Interea multa sudantem cede Phylotam  
Hyrcani cingunt equites. quorum agmina rumpunt  
Impiger Antigonus: Cenos cratherus & ipse  
Parmenio. sine quo nihil vsquam carmine dignum  
Gessit Alexander. sed que prouenerat illi  
Talio pro meritis. magis arbitror esse silendum  
Antigonи facet ense Philax; Myda cuspide Ceni  
Amphilogum Cratherus adit; quam casside rupta  
Abstrahit exanimem curru. iungitq; ruenti  
Anthomeduntha suum. iam viscera rupta trahentem  
More suo ruit in Persas; damnatus iniquo  
Sydere Parmenio: cui regibus ortus Hysannes  
Et datus incutiunt halfas lateri; manet ille  
Immotus; stabilitq; fugam pauitantis Horestis  
Qui pedes exese tendebat in ardua rupis

## ALEXANDREIDOS

Hunc simul intuitus, nactum diuertia cursus  
Dedecoris, volucris perfolsum pectus Hysannem  
Sternit equo, profugumque equitem restaurat in arma  
Instantemque Dñnum rapto mucrone lacerto  
Cornipedis planta terit, inualidumque relinquit  
His agilon; his addit helan: arabemque cepippum  
Parte alia furit eumenidus: persasque lacescit  
Nunc gladio; nunc missilibus, mucrone dyaspem  
Deiecit. Endochij telum in pulmone cruentat  
Difficit ossa virum, procerum conculcat aceruos  
Nec minus in dextro dum pugnat marte Nichanor  
Sanguine spargit agros, humectat cedibus equor  
Cui iuuenis facie diuines sed ditior ortu  
Quippe genus claro referens a sanguine Cyri  
Obuiat Echinus: clypeumque Nichanoris ictu  
Prouocat, ut laterem tecti vada veris in ortu  
Grando ferire solet, sed respuit aeris iram  
Tuta domus, verum durato corde Nichanor  
Irruit in facinus miserande cedis, eumque  
Qua candens oculis aperit lorica fenestras  
Cuspide percellit, & lumine priuat vtroque  
Dumque per vnius aditum scelus ausa recurrit  
Fraxinus, alterius extinxit luminis usum  
Stabat in aduerso discriminis agmine duri  
Clara propago Nini princeps niniuita negusar  
Doctus in obiectos dubia sequire securi  
Doctus & a tergo iaculis incessere fata

## LIBER TERTIVS.

Nunc iaculo nunc ense furit, nunc vero bipenni  
Excutiens cerebrum iaculo perfoderat Helum  
Arctoridem gladio Dorilon viduauerat armo  
Fuderat Hermogenem fusa ceruice securi  
Hunc vbi multim oda vastantem cæde pelasgos  
Intuitus stricto celer aduolat ense Philotas  
Quac; super tonum lucem vomit igne Pyropus  
Pertundit galeam, sed lubrica discutit ictum  
Non impune tamen descendit mucro sinistram  
Quam sibi forte manum: frontem pretendebat ante  
Amputat, ecce parat vlcisci dextra sororem  
Cedibus exposita, & cedis secura securim  
Librat, & astanti casum casura minatur  
Ereptamq; sibi gemeret fortasse Philotas  
Ante dies animam, sed equo prelatus amintas  
Opposuit clypeum, quem miro transfidit ictu  
Machina terribilis, medioc; vmbone recepta  
Retrahere ardenti qua iungitur vlna lacerto  
Ense viri instantis a pectore cesa recessit  
Excitat interdum vires dolor; ille recisis  
In bello manibus se corpus inutile cernens  
Quod potuit fecit, & equo se obiecit hyolle  
Tresq; ruere simul; perijt per fossus hyollas  
Et sonipes iaculis, sed nec tibi dure negusar  
Missilium grando, nec tanta ruina pepercit  
Iam latet herba madens terramq; cadauera celant  
Arma natant sanie, replentur sanguine valles.

e ii

## ALEXANDREIDOS

Largus vtrimq; crux; sed maior inebriat agros  
Persarum strages. rarescit barbarus hostis  
Tabescitq; animo licet infinitus; eumq;  
Pauca manus Macedum non cessat cedere: quorum  
Defectum numeri feruens audacia supplet  
His igitur iam terga fuge spondentibus instat  
Fulmineus Macedo. perq; iuua tela : perq; hostes  
Perq; globos equitum. peditum stipante corona  
Ad Darium molitur iter. sed contrahit agmen  
Oxatreus. Dario quo nemo propinquior ortu.  
Hic dolor; hic gemitus: perit acris vtrimq; iuuentus  
Inuoluitq; ducum mors vno turbine turbam  
Seminat in Persas leti genus omne cruentas  
Excutiens bellona faces. gemit ille recluso  
Gutturē. traecto facit ille per illa ferro  
Hunc sudis excerebrat. hunc fundit funda vel arcus  
Ille vomit saniem fractis ceruicibus illi  
Intestina cadunt. alium sibi vendicat ensis  
Hic obit. ille obijt: hic palpitat; ille quiescit  
Stabat ab opposito niueis preciosus in armis  
Menphites zoroas. quo nemo peritior astris  
Mundanas prenosce vices. quo sydere frugis  
Defectum patiatur ager. quis frugifer annus  
Vnde niues producat hyems. que veris in ortu  
Temperies impinguat humum: cur ardeat estas  
Quis dedit autumno calcandts cingier vuis  
Circulus an possit quadrari; an musica formet

## LIBER TERTIVS

Celestes modulos, vel quanta proportio rerum  
Quatuor inter se; nouit quis sydera septem  
Impetus obliquo, rapiat contraria mundo  
Quod distant a se gradibus, que stell a nocium  
Impediat sequire senem, quo sydere fiat  
Obijcep propitius, martem quis temperat ignis  
Qz sibi quisq; domum querat, quo sydus in isto  
Regnet hemisferio; motus rimatur: & horas  
Colligit, euentus hominum perpendit in astris  
Parualoquor, totum claudit sub pectore cœlum

Hic ergo in stellis mortem sibi fata minari  
Contemplatus erat, sed enim quia vertere fati  
Non poterat seriem, penetrare audebat ad ipsum  
Rectorem Macedum, toto conamine poscens  
At tanto cecidisse viro, vitamq; perosus  
Mortem parturiens, in prima fronte furoris  
Occurrebat ei, curruq; premebat ab alto  
Grandine Missilium: pertusum principis orbem  
Nec solum iaculis, Sed voce probrisq; lacebit  
Atq; ita Neptanabi non inficianda propago  
Dedecus eternum matris, cur vulnera perdis  
Ignauos agitans, in me conuerte furorem  
Si quid adhuc virtutis habes, me contere: cuius  
Militiā claudit septemplicis archa Sophieq;  
Et caput astriferum; sibi vendicat vtraq; laurus  
Motus Alexander miseretur obire volentis  
Ac placide subiicit; proh monstrū; quisquis es inquit  
e ij

## ALEXANDREIDOS

Viue p̄ecor moriensq; suum nē destrue tantis  
Artibus hospicium.nunquam mea dextera sudet  
Vel rubeat gladius cerebro tam multa scienti  
V̄tilis ēst mundo.quis te impulit error:ad amnes  
Tendere velle stigos.vbi nulla scientia floret  
Dixit,at ille pedes terre se mandat:eicq;  
Qua se dissocians ocream lorica relinquit  
Sauciat ense femur,& dedicat arua cruento  
Infremuit Macedo Zoroeḡ ut parcere possit  
Admissum procul eḡit equum,sic ergo remotus  
Continuit bilem.verum Meleager in illum  
Irruit.& Zoroē qua cruri tybia nubit  
Cedif vtrumq; genu:tunc cetera turba facentem  
Comminuunt in frusta virum,stellisq; reponunt  
Tunc vero in Darium pondus discriminis omne  
Conuersum est,quid agat,videt arua cruento suorum  
Pinguia,se circa videt exanimata facere  
Corpora tot procerum,fugiuntq; quibus super ante  
Fidebat potius,quando viscera rupta trahentes  
Inter equos auriga iacet.ceruisse recisa  
Dum dubitat fugiat ne pedes,scse ne laboret  
Perdere,Perdicas iaculum iaculatur,at illud  
Se capiti affigit,cerebrum tamen ossa tuentur  
Excuditur currū Darīus,nec sustinet vltra  
Ferre aciem.turbamq; pedes declinat,& inter  
Degeneres profugosq; legit compendia saltus  
Dōnec eis onipes ablatus ab aūsone,Magnum

### LIBER TERTIVS

Transtulit Eufratem, ac se Babylone recipit  
Hunc vbi furtiva bellū mortisq; ruinam  
Euasisse fuga sensit Mazeus, & illi  
Quorum victoris animi excellentia non dum  
Euelli campo martisq; furore sinebat  
Extemplo turbata malis audacia tantos  
Destituens motus didicit seruire timori  
Inq; metum conuersa fides, fugit agmine facto  
Turba ducum partescq; labant vbi summa mouentur  
Cumq; caput nutat turbari membra necesse est  
Ceditur a tergo populus, furit altera cædes  
Pro domino patriaq; mori, dum posset honeste  
Dedecoris mortisq; luem fugiendo meretur  
Iam satur ad loculum redit ensis, & ipse Pelagos  
Victores vīctor a cæde recedere cogens  
Ad gazas properare iubet, rapiendaq; prædæ  
Munera, que saltus facet interclusa latebris  
It celer, & partas partitur ciuibus eque  
Vīctor opes, onerantur equi, gemit axis auarus.  
Iam satur est aurumq; vomit summotenus ore  
Sacculus, & nexus refugit, spernitq; ligari  
Fessa legendō manus; non est satiata legendō  
Quin calige: patulicq; sinus turgere docentur  
Itur in imbellēs agmen muliebre cateruas  
Quarum vbi marmoreo rapuere monilia collo  
Extorti torques & in auras perdidit auris  
Itur in amplexus nuptarum, virginitasq;

## ALEXANDREIDOS

Vim patitur. coit in patulo; tractatq; pudenda  
Sanguinolenta manus, coitus pars altera labem  
Contrahit incestus, verum pars altera luget  
Et venit ad veniam. patientis namq; reatum  
Vis illata leuat, minuitq; coactio culpam  
Maiestate tamen salua; saluoq; pudore  
Tota domus Darij. genitrix & regia coniunx  
Et soror & natus; tanta est clementia regis  
Curribus auratis; in Dorica castra vehuntur  
In matrem sibi se sic temperat; ut sibi matrem  
Eligat, vxori det nomen habere sororis  
Septennem puerum in natum sibi mitis adoptet  
Tantus enim virtutis amor tunc temporis illi  
Pectori regnabat. si perdurasset in illo  
Ille nitor, non est quo denigrare valeret  
Crimine; carentem titulis infamia famam

Verum ubi regales; persarum rebus adeptis  
Deliciq; posuere modum, suavitq; licere  
Ilicitum; & licitum genitrix opulentia luxus  
Corripuit fortuna physim; cursuq; retorto  
Substitit vnda prior; viciorum cautibus hrenens  
Qui pius ergo prius erat hostibus; hostis amicis  
Impius, in cedes & bella domestica deinde est  
Conuersus; ratus illicitum nihil esse tyranno  
Preterea quis pretereat; summum sibi patrem  
Vsurpasse iouem, nam se genitum loue credit  
Imperat. & credit hominem transgressa potestas

## LIBER TERTIVS

Seç hominem fastidit homo; minimumq; videtur  
Esse sibi. cum sit inter mortalia summus  
Mittitur interea; cum Parmenione Damascum  
Miles. vt a viçtis extorqueat vrbe reposas  
Reliquias Gaze; sed iam censebat habendas  
Viçtori prefectus opes; dominoç priori  
Proditor insidijs caute quos traderet hosti  
Traxerat vrbe suos. fortunę namq; meatum  
Mutato mutatus erat; sic vnius vno  
Crime Persarum cęsis tot milibus; ipse  
Cum reliquis cecidit. Dario solamen id vnum  
Damnorum luciūscq; fuit; cum nuncius ipsum  
Artificem sceleris afferret in agmine primo  
Arce perisse sua. nec vñquam sustinet vltra  
Dicere fortunam. quę iusta lance rependit  
Sontibus interdum. prout fraus ignaua meretur  
Hęc Dario medicina malı; sic pene malorum  
Omnia cum quodam veniunt incommoda fructu  
Septimus accenso Phœbea lampade mundo  
Præßerat astra dies: cum rex ex more peracto  
Funis obsequio tendit Sydona vetustam  
Phēnicum gentem. quibus in sua iura redactis  
Ad Tyrios conuertit iter. quos omne paratos  
Martis ad examen; muricq; abrupta tuentes  
Gaudet Alexander suspecta cominus vrbe  
Inuenisse viros. tot propugnacula mūris  
Edita. disposite longe stant ordine turres

## ALEXANDREIDOS

Quæ lapidum valeant refugos eludere iactus  
At quacunq; aditum molitur saxe moles  
Assunt obtenta clypeorum crate clyentes  
Plurimus hic fundit fundam iaculator & arcum  
Plurima suppositis mortem balista minatur  
Verum veri longa dies; afflictis ciuibus vrbem  
Nauali modo congressu; modo marte pedestri  
Fregit. & appositis vtricq; ad moenia graium  
Nauibus, hostiles impegit machina muros  
Absq; aliquo perijt discrimine sexus; & etas  
Omnis; & a nullo scelus equo iudice pensans  
Abstinuit gladius; etenim cum moenia nondum  
Cingeret obsidio missos a rege quirites  
Paci ut consulerent angusto in tempore ciues  
Et pace & medijs violato foedere iuris  
Implicuere nec legatos, vnde tyranno  
Offensi, nec enim veniam meruere mereri  
In quibus & venie & pacis legatio nullam  
Inuenit veniam, Macedo iubet ocios omnes  
Cladibus inuolui, preter quos templa tuentur  
Fit fragor & planctus; crebrescit flebile murmur  
Aurea femeineus perstringit sydera clamor  
Dumq; in precipiti rerum discrimine micant  
Quæ magis incumbit ventorum spiritus vrbis  
Succendunt vrbem, volat ad fastigia flammæ  
Inflammata fames; & eo magis esurit ignis  
Quo plures tabulata cibos; aliq; mentaq; prebent

## LIBER TERTIVS

Mixta plebe patres pereunt: genus omnibus vnum  
Mortis, sed species moriendi non fuit vna  
Ille pyram reuerens gladios incurrit, at ille  
Vt gladios fugiat medios se mittit in ignes  
Nonnullos alia mortem dum morte cauerent  
Vrbis semirute lapsos de mœnibus vltro  
Equorei vehemens absorbuit amnis hiatus  
Occultas alijs latebras vacuosq; penates  
Querentes iugulis laqueos aptare parabant  
Et mortem fecere sibi; ne morte perirent  
Illata a gravis; alios diuortia martis  
Querere dum puduit pro iure & legibus vrbis  
In faciem patriæ libertatemq; tuendo  
Elegere mori; mortis genus illud honestum  
Et labi sine labe fuit; non cedere cedi  
Cedere & cedi: dum non cedantur inulti  
Concurrunt; & materiam ferientibus offert  
Gens deuota neci; feriunt feriuntur & ipsi  
Dumq; necem patiuntur agunt; ad vtrumq; parati  
Non minus excidium coniunx cythereius infert  
Soluitur in cineres ab agenore condita primo  
Nobilis illa Cyrus, que si preclara merentur  
Vatum dicta fidem fame si credere dignum est  
Vocum sola notas, & rerum sola figuræ  
Aut didicit prior aut docuit, sic ergo tot annis  
Indomitam indomitus domuit Macedum furor urbē  
Verum vera fides; & pax diuina sub ipso

## ALEXANDREIDOS

Christorum christo reparatis moenibus urbem  
Restituere, vbi nunc plebs orthodoxa flagransq;  
Turibulo mentis crucifixi nomen adorant  
Cuius sunt alię septeni climatis urbes  
Quas patrta ditione tenet longumq; tenebit

Premonuisse potest alias Tyrus obruta gentes  
Ne qua sub archoo regio resumeret axe  
Pelle vires, Macedumq; laceſſere nomen  
Gaza tamen Darium causamq; sequuta priorem  
Ausā patrem superum muris excludere tentat  
Fortunam si forte fides euertere possit  
Dumq; suum mars explet opus; dñ cęde cruenta  
Et damno parcis vtriusq; proteruit vtrinq;  
Barbarus ad regem veniens vt transſuga, ferrum  
Occultans clypeo Magni caput appetit ense  
Sed quia fatorum stat ineuitabilis ordo  
Euentusq; hominum series immobilis arctat  
Errauit tremulenta manus, ferroq; potiri  
Non patitur lachesis cui tam fatale venenum  
Conuectumq; diu lethaea fece vitrina  
Pixide condierat mediante fauore suorum  
Porrectura duci dea post duo luſtra bibendum  
Hic arabis dextram, quia ſic errauit eodem  
Quam male vibrarat rex imperat ene rescidi  
Quiq; prius sopitus erat, iam fraude recenti  
Martius euigilat furor, & sub corde calenti  
Ira recrudescit, dumq; instat turbidus hosti

## LIBER TERTIVS

Ausa nephas: leuum perstringit fraxinus armum  
Et medium cruris elisit saxe moles  
Sed licet accepto bis vulnere: non tamen acri  
Destitit incepto macedo. sed prodigus aure  
Vitalis scindit cuneos: ipsumq; tyrannum  
Obterit. & victis vrbem tradentibus intrat  
Hinc vbi dispositus procerum discretio regno  
Tendit in egyptum: qua sub ditione redacta  
Ardet rex libici sedes hamonis adire  
Difficiles aditus: iter intolerabile: quamuis  
Fortibus et paucis: rorem sit arida tellus  
Et celum mendicat aquas. estuq; perhenni  
Marcessit regio: & steriles moriuntur harenq;  
Cunc; tenax fabulum solem concepit & auram  
Impulsuq; pedum concreuit turbo: procellas  
Hic Syrtes habuere suas: hic altera sicco  
Scylla mari latrat. hic puluerulenta carbdis  
Puluereos vomit ille globos. iacet ille sepultus  
In fabulo. fortassis eos leuiore flagello  
Punisset mare neptuni. q; pulueris equor  
Nusquam culta virent. hominis vestigia nusq;  
Nusquam terra oculis. nusq; se se obijcit arbor  
Iam quater irriguos librauerat aere currus  
Mennonis impendens lacrimas aurora sepulcro  
Cum macedum rector & cetera turba superstes  
Hamonis subiere nemus: fontemq; biberunt  
**Q**uem satis indignum est inter memoranda simile

f

## ALEXANDREIDOS

Cum sol frenat equos tepidos habet vnda meatus  
Frigidior glacie est quando feruentior arua  
Exurit tytan medię feroore diei  
Axe sub hesperio cum iam presepio mundans  
Solis equos stabulare mari parat hospita thetis  
Ambrosiamq; locat & liberat ora lupacis  
Frigoris excluso paulum torpore tepeſcit  
Fons iouis, ac phœbo torrentior eſtuat idem  
Cum mundum madidis medius sopor irrigat alis  
Quocq; magis phœbus solitum festinat ad ortum  
Tanto plus soliti reminiscitur vnda teporis  
Et nocturnus eam cogit decrescere feroor  
Donec phœbœ rursus languescit in ortu  
Rex vbi consulto Ieſus Ioue; munera soluit  
Aggraditur menphim; licet affectaret adustas  
Ethiopum gentes; & in hospita Mennonis arua  
Aurore sedes; atq; inuia solis adire  
Sed durum martis, & ineuitabile tempus  
Et prefixa dies; mundi visura tumultus  
Et strages pugnœ quam maturauerat hostis  
Vicina instabat, positamq; regentis in arcto  
Arctabant rigidam maiora negotia mentem  
Interea Darij reparato robore; totus  
Coniuratus adeſt in prelia mundus; eumq;  
Preteriti pudor, & spes incentiuſa futuri  
Rursus in arma vocant; coeunt in caſtra quirites  
Permixti agricolis; queritur ceſſare ligones

## LIBER TERTIVS

Radicosus ager; & sentibus obsita tellus  
Suspirant ad plastra boues; dorsumq; camelii  
Barbaries gentis; elephantes bellica pressit  
Machina territo gradientes agmine; nec se  
Bubalus absentat, nunquam tot milibus argos  
Aggrediens hominum; siccauit lumina Xeres  
Sed neq; tam multas collegit in aulide gentes  
Vltor adulterij; cum classi defuit e quor  
Virgineusq; crux monitu calcantis iniqui  
Detersit facinus. & ventos sanguine soluit  
Miratur Macedo; tot milibus ante redactis  
In nihilum. plures rediuita morte renasci  
Ad martem populos; rursusq; ad bella vocari  
Non secus anthrum libicis Ioue natus harenis  
Post lapsum stupuit; maiorem surgere donec  
Sublatum rapiens; vana spe duceris; inquit  
Huc Antheq cades, vel cum tot cede suorum  
Fecundam capitum domuit tyrincius ydram  
Iamq; per Eufraten; discriminis immemor omnis  
Contemptor numeri; rapidum transegerat agmen  
Terrarum domitor; consumptaq; ignibus vrbes  
Quas aditus erat; fumantesq; inuenit agros  
Quos duce Mazeo; Darius precepérat vri  
Ut tali articulo; fortunę flectere cursum  
Posset, & afflictos fame; defectusq; ciborum  
Cogeret audaci graios desistere cepto  
Desperare aditum, per saxa rigentia flammis

f iiiij

## ALEXANDREIDOS

Moliriq; fugam; dum cuncta exusta viderent  
Et loca feta igni; & viduatos gramine campos  
Ocia consulti gemerent. victumq; negaret  
In cinerem resoluta ceres, sed sorte secunda  
Visus Alexander; ad summi semper honoris  
Aspirans apicem; tygri velocior ipso  
Tygri, qui celeris fortitur ab impete nomen  
Tygris aquas superat; qui gurgite saxa volutans  
Grandia marmoreas exit truculentus in vndas  
Nec mora; ne Dario regni penetrare liceret  
Interiora sui; canis ut venaticus altis  
Ocultum siluis acteona nare sagaci  
Vestigat, vel qui venator gallicus aprum  
Irato sequitur; stringens venabula ferro  
Haud aliter Darium venatur, & albela preter  
Castra locat: quem cede sua; q; fraude suorum  
Infamem facturus erat, periturus eodem  
Fixerat infausto iam tunc tentoria vico.

Tempus erat dubium cogens pallescere lucem  
Cui neq; lux neq; nox imponit nomen; vtrumq;  
Et neutrum tenui discrimine. verius ergo  
Ambiguum cum sit: dixere crepuscula gręci  
Hesperus irriguum iam maturauerat ortum  
Iamq; minante oculis caligine; sidera solis  
Supplere officium; luna mediante parabant  
Cum phoebe terris; fratri manifesta recessu  
Exhilarans hominum nascenti clima gyro

## LIBER TERTIVS

Palluit, & primo defectum passa nitoris  
Demum sanguineo penitus suffusa rubore  
Fedavit lumen, Macedumq; exterruit ipsos  
Cum vulgo proceres, contra cum frenderit hostis  
Cunq; instaret eis; inuito numine; bellii  
Præfinita dies, parti feralis vtricq;  
Celoq; aspicerent; minitantia sydera; tantum  
Exhorrere nephas; atq; id portendere signum  
Nec mirum; mutare animos; armisq; paratas  
Dormitare manus, trepidant confusa retenti  
Corda metu, & rauco crudelcunt murmure castra  
In causa Macedo est, causamq; refundit in ipsum  
Sediciofa cohors, iam cedet in ultima mundi  
Inuitos a rege trahi, montana queruntur  
Inuia, desertas vulcano vindice terras!  
Vrbesq; & fluuios; admittere nolle nocentes  
Velle hominum dominos; dijs indignantibus; esse  
Astra infensa sibi, solitumq; negantia lumen  
Inscriptos homini; regem transcendere fines  
Affectare polum, patriæ contemnere sedem  
Vnius ad laudem tot inire pericula; tantas  
Fortunę variare vices, iam vulgus in istos  
Exierat planctus, iam seditione moueri  
Ceperat, euentu tum rex interitus omni  
Consilium vocat, & vates; quibus arte magistra  
Astrorum dederat diuina pericia nomen  
Consulit, & lunę quę causa infecerit orbem

## ALEXANDREIDOS

**Q**uid superi super hoc caueant; quid enigmata fati  
Significare velint; iubet in commune referri

Inter sortilegos vatum, stellasq; sequentes  
Stabat aristandus, sterili iam marcidus quo  
Parcite ait; vanis incessere fata querelis  
Fata regunt stellas; & quos ab origine cursus  
Quo loca; quos motus, & quod portendere magnus  
Ille sator rerum dedit, hos certo ordine seruant  
Nec quicq; mutare queunt; de mente profunda  
**Q**uicquid ab eterno prouiderit illa futurum  
Seu terre incumbens extendens littora thetis  
Gurgitis augmento, seu tellus subruat vrbes  
Concussu laterum, seu morbidus influat aer  
Seu tenebris fuscare diem; seu cornua lunę  
Caligare velit; seu tardius ire galerum  
Omnia descendunt a summo culmine rerum  
Quo nisi consulto; nihil est quod sydera possint  
Inde est, quod lunę pallescit luridus orbis  
Cum terram subitura suos abscondere uultus  
Fertur, & humano parat euangelere visu  
Vel cum fraterno premitur splendore Dyana  
Qualiter accensę iubar igniculumq; lucerne  
Inuida maioris, obscurat flamma camini  
Dogmatum veterum non vile, patrumq; sequutus  
Memphyos, haud dubitem, gr̄corum dicere solem  
Persarum lunam tum deficit ille; ruinam  
Graium, Persarum cum deficit illa minatur

## LIBER QVARTVS

Dixit, & exemplis veterum pro teste resolut  
Persidis acta ducum, quibus incumbente flagello  
Fortunę, obscurō lugubris cinthia cornu  
Palluerat, stetit ergo ratum; quod cana senectus  
Arguerat, meruitq; fidem sententia vatis  
Editaq; in medium; flexit pauitantia vulgi  
Corda supersticio, qua nil astrictius ad se  
Inclinat turbam, regit ora; manusq; refrenat  
Quę cum sequa potens; mutabilis ęstuat ęstu  
Multiuage mentis; vana si forte mouetur  
Religione ducum, spredo moderamine, vatum  
Imperium subit, & regum contemnit habenas  
Ergo ubi torpentes, spes & fiducia fati  
Erexit mentes, armis dum corda calerent  
Utendum ratus est macedo, ne frigeat ardens  
Impetus, exemplo velli tentoria; circa  
Noctis iter medium iubet, ac precedit ouantes  
In primis; raro contentus in milite turmas.

### Argumentum Quarti Libri.

 Vartus ad vxoris Darij; lacrimabile  
funus  
Conuertit magnum, Darium lamenta fatigant.  
Falsaq; suspicio, legati certa reportat  
Ad Darium responsa, astant hinc atq; inde parati  
Ad bellum cunei, terretur imagine belli  
Consiliumq; vocat Macedo, responsa suorum,

## ALEXANDREIDOS

Reiicit; & somnum differt in tempora lucis  
Excitus a somno; perticiter induit arma  
Premunitq; suos verbis & rebus; & ecce  
Concurrunt acies. penetratq; in sydera clamor.

### I Liber Quartus.

**Q**uadridus & piceo suffusus lumina fumo.  
Quartus anhelanti; ferales ante tumultus  
Lucifer ibat equo, viridesq; effusa per agros  
Inter harenosi subiectum gurgitis amnem  
Et silvas; summo parientes vertice nubes  
Desertum rapiebat iter; spe ducta pelasgum  
Imperiosa phalanx, cum regia decidit vxor  
Captiuarum inter molles collapsa cateruas  
Quam dolor; absentisq; viri; patrieq; iacentis  
Continutisq; vie labor; exspirare coegit  
Non secus indoluit regum fortissimus ille  
Et pius euersor, quam si cecidisse peremptas  
Nuncius afferret; vna cum matre sorores

Et lachrimis quales Darius fudisset obortis  
Exiit in planctu iuuenis, iam cana senectus  
Funeris assedit loculo. & que rara tyrannis  
Semper ineft pietas, friggit generosa rigorem  
Principis indomiti, lacrimisq; extorsit ab hoste  
Reginę species; non intentiuia furoris  
Causa sibi fuerat, custodem se esse pudoris  
Maluit & formę, neutrumq; sibi temerare  
Gloria maior erat; q; si violaret vtrumq;

## LIBER QVARTVS

Nuncius ad Darium medijs elapsus achivis  
It spado tyriates; quem scissa veste tridentis  
Vnguis. & lacero super ora iacente capillo  
Et vultum multo lachrimarum flumine mersum  
Ut vidit, ne differ ait, turbare. salutis  
Si quid adhuc supereft in me mihi, solue timorem  
In luctum, didici miser esse, malisq; retundi  
Hoc solamen & hoc misero medicina malorum  
Sortem nosse suam, ludibria cruda meorum  
Affers, atq; ipsis omni grauiora flagello  
Quod tamen ipse loqui timeo, tunc excipit ille  
Quantuscunq; potest reginis; inquit, ab illis  
Cedere qui parent; honor & reuerentia tantus  
A victore tuis, verum tua nobilis illa  
Et soror & coniunx; quod vix presumo fateri  
Exiit a medio, corpusq; reliquit inane

Tunc vero in gemitu & planctu conuersa videres  
Castra, senex iacet exanimus, sedatq; verendam  
Puluere caniciem infoelix, ideoq; peremptam  
Vxorem, que casta, pati probra nollet apud se  
Nescius affirmat, vnoq; spadone retento  
Excludit reliquos iurat Spado nulla tulisse  
Damna pudoris eam nil importasse molesti  
Rapto rem rapte, verum gessisse mariti  
Officium lacrimis, & dignas indeole tantas  
Soluisse exequias, hinc sollicitudine mixta  
Suspicio grauiter animum traiecit amantis

## ALEXANDREIDOS

Estuat eger amans; a consuetudine stupri  
Ortum coniectans rapte; & raptoris amorem  
Hec captiuus inquit; & forma & sanguine clarus  
Hic dominus fuit & iuuensis; voluisse probatur  
Quod potuisse patet, his estuat anxia curis  
Languida mens Darij: donec testante penates  
Et superos seruo, castam vixisse maritam  
Facta fides Dario: tollensque ad sydera palmas  
Et faciem irruquo lacrimarum fonte madentem  
Summe deum pater inquit. & una potentia rerum  
Dij patrij: & quorum nūtu stat Persicus orbis  
Primo quoque mihi regnum stabilitate; meisque  
Quod mihi si tolli iam prefigistis; & a me  
Transferri fati iubet imperiosa voluntas  
Regnum Asie, me post hic tam pius hostis habeto  
Tam clemens victor; dixit; superosque profulis  
Inuitat lachrimis, ut vocem fata sequantur  
Et quamque frustra; iam pace bis ante petita  
Consilia in bellum conuerterat, hostis amore  
Victus; & extemplo; cum palladis arbore tutos  
Prefectos equitum: quibus allegatio pacis  
Comissa est, subet ire decem: quorum unus achillas  
Qui quantum eloquio reliquis: tam prestigit quo  
Sic cepit, Darium rex clementissime pacem  
Ut totiens a te peteret vis nulla coegerit  
Sed tua quaesatis es in nostris usus ab illo  
Extorsit pietas, matrem pia pignora natos

## LIBER QVARTVS

Absentes tantum; non captos sensimus. harum  
Qui superant custos pius & tutela pudoris  
Haut secus ac genitor curam geris, omne fausto  
Reginas dicas; hostilisq; immemor ire  
Fortunę speciem pateris retinere priorem  
Luridus in vultu color. & luentia fletu  
Lumina coniuncta, quanto clementior hoste  
Hostis es. & facies aufert velamina menti  
Talis erat Darij, cum legaremur ab illo  
Qualis Alexandri patet, vxorem tamen ille  
Tu luges hostem, clypeum iam leua teneret  
Iam stares acie; iam te vibraret in hostes  
Fulmineus Bucifal, iam te sentiret in armis  
Horribilem Darius, nisi coniugis eius humandę  
Cura moraretur, rata sit concordia natam  
Non sine dote offert Darius tibi; quicquid vbiq;  
Terrarum est inter frigidi litoris horam  
Eufratemq; tibi; nata me diante precatur  
In dotem capito, teneatur filius obses  
Et fidei & pacis, redeat comitata duabus  
Viginibus mater, quarum ter dena talentum  
Milia sunt premium fuluo decocta metallo  
Quod nisi te superi maiori pectore fultum  
Humanosq; artus diuina mente beassent  
Tempus erat, quo non solum pacem dare, verum  
Poscere debueras, & foedus iniire, vides ne  
Quantus ad arma ruat Darius, quot ab orbe remoto

## ALEXANDREIDOS

Excierit gentes. quot classibus equor obumbrat  
Nec mare nauigio: nec castris terra locandis  
Sufficit, obiecte claudunt maris hostia puppes  
Quid moror: vnuis habet quas non habet area vires

Magnus vt accēpit Darij mandata, citatis  
In cētum ducibus, quidnam super his sit agendum  
Consulit, ambiguum vides mussare senatum  
Et siluisse diu perhibetur curia, donec  
Parmenio cuius non tam facundia sollers  
Quam constans animus, nec ei tā dicere promptum  
Fortia, quam facere est, duduū redimentibus inquit  
Reddendos fore censueram cum maxima posset  
Ex ipsis; qui vel ob iter periere, vel arctis  
Compedibus lapsi fugere, pecunia reddi  
Id quoq; censemus: vt aurī pondere tanto  
Imbellis populus, genitrix cum prole gemella  
Permittetur anus, que grēcorum agmen iterq;  
Impediunt potius, tam latum & nobile regnum  
Conditione potes nanciscier, absq; tuorum  
Sanguinis impensa, sed nec reor hactenus hystrum  
Inter & Eufratem tot possedisse iacentes  
Quemq; alium terras, tamen & grauiora supersunt  
Inspice quanta petas, quantumq; reliqueris orbis  
Post tergum domiti, patriam non Bactra vel īdos  
Pectore habe memorī post fortia facta reuerti  
Tutius in patriam, quam viuere semper in armis  
Consulis arbitrium tulit egrē Magnus, & a me

## LIBER QVARTVS

Si essem Parmeni:oblata pecunia palmę  
Preferretur ait; mallemq; inglorius esse  
Qz sine diuitijs palmam cum laude mereri  
At nunc securus; sub paupertatis amictu  
Regnat alexander, regem me glorior esse  
Non mercatorem fortunę venditor; absit  
Nil venale mihi est; si reddendos fore constat  
Gratius h o c gratis reddi. donoq; remitti  
Censeo qz censu. pr̄cium s̄i dona sequatur  
Gratia non sequitur, nec habent commertia grates

Hec vbi dīcta super responso consulis intro  
Legatos iubet admittī; Darioq; referre  
Quod clementer ait fēci quodq; īdole dignum  
Nature tribuisse vicem non eius honori  
Me scierit, me fōmineum non sentiet hostem  
Agmen, Alexandrum tuto contemnere possunt  
Soli contemti, non infero talibus arma  
Qui nequeunt armis vtī, quib; arma negauit  
Nature pigra mollices, armatus oportet  
Sit quemcunq; odijs aut ira fecero dignum  
Quod si forte bone fidei īnuigilaret vt a me  
Ex peteret pacem totoq; recederet orbe  
Ambigerem fortassis an id concedere vellem  
Cunq; meos modo pollicitis ad proditionem  
Solicitet Darius, modo munere palpet amicos  
Vt mea fatali maturent fata veneno  
Persequar ad mortem, nec enim mihi iustus vt hostis

g

## ALEXANDREIDOS

Prælia molitur, verum vt siccarius immo  
Vt verum fatear vt latro veneficus instat  
Conditio pacis quam vos pretenditis illi  
Situlero acceptum palmarum conferre videtur  
Quæ trans Eufratem consistunt omnia nobis  
In dotem offertis, vnde & vos arbitror esse  
Oblitos ubi colloquimur, mea transiit ala  
Eufratem metam dotis mea castra relinquent  
Pellite ab hinc regem Macedum; vt vestrum sciat esse  
Quod sibi donatis; multum mihi prestat honoris  
Sime Mazeo generum preponere querit  
Ite reportantes vestro hęc mea dicta tyranno  
Quicquid habet Darius quecunq; amisit & ipsum  
Esse mei iuris, & pugnæ premia grays  
Sic ait, & persas celeres in castra remittit.  
Mittitur a Dario Mazeus vt occupet hostis  
Quos aditurus erat colles & plana viarum.  
Interea Maceo condivit aromate corpus  
Vxoris Darij; tumulumq; in vertice montis  
Imperat excidi, quem structum scemate miro  
Erexit celeber digitis hebreus Apelles  
Nec solum reges; & nomina gentis Achæę  
Sed genesis notat hystorias ab origine mundi  
Incipiens, aderat confusis partibus ylę  
Et globus informis, vario distincta colore  
Quatuor impressis pariens elementa figuris  
Hic operum series; quæ sex operata diebus

## LIBER QVARTVS

Est deitas, inter quę auro spirante nitentem  
Luciferum: & rutilis lambentibus aera gemmis  
De tenebris primam vides emergere lucem  
Dignior hic; inter animas ratione carentes  
De limo formatur homo, quem costa fefellit  
Proprię, letifero colubri seducta veneno  
Exclusis patribus; primacę a matre receptis  
Ignea custodit virgulti romphea limen  
Inde caym profugus bigami non effugit arcum  
Pullulat humanum genus: & polluta propago  
Discedit virtus, vicium succedit; adherent  
Coniugio illicitos, pietas rectumq; recedunt  
Factorem si triste notes in imagine signum  
Penitusse putes hominem fecisse; laborat  
Archifaber, genus omne anime clauduntur in archa  
Post refugos fluctus; replet octonarius orbem  
Vinea plantatur, & inebriat vua parentem  
Hic patriarcharum seriem specialius aurum  
Exprimit, emeritos vides ridere parentes  
Venantemq; Esau; turmisq; redire duabus  
Luctariq; iacob, sequitur distractio Ioseph  
Et dolus & carcer, & transmigratio prima  
Hic dolet egipcius denis percussa flagellis  
Transuehit hebreos; equitatus regis & arma  
Subruit; & puro liuescit ponthus in auro  
Hic populum manna: desertis pascit in aruis  
Lex datur, & potum sipienti petra propinat,

g ii

## ALEXANDREIDOS

Successit Ben Num Moisi post bella sepulto  
Natio subiicitur, iordanis contrahit amnes  
Post cineres iericho; reus est anathematis Achor  
Persoluit Iosue naturę debita; postq;  
Funiculo patrium diuisit fratribus orbem  
Iudicibus tandem populum supponit Apelles  
Inter quos Sanson fortissimus; & tamen illum  
Fortior excēcat prētonso Dalida crine  
Rutq; moabitis vidiuata priore marito  
In genus hebreum felici fēdere transit.

Altera picturę sequitur distinctio; reges  
Aggrediens; & funus Hely Samuelis ab ortu  
Murmurat in Sylo populus; de Benjamin exit  
**Q**ui regat hebręos; sed enim quia dissonat eius  
Principio finis; Isai de semine princeps  
Preficitur populo; qui contudit arma Golye  
Inq; aciem bellī; cum prole cadente tyranno  
Regia desertos; damnat maledictio montes  
Hinc Asael abnerq; cadunt; incurrit Vrias  
Quam tulerat mortem; patricidam detinet arbor  
Quem fodit hasta viri; patriam lugere putares  
Effigiem; sed postq; humanitus accidit illi  
Construitur templum viuunt mandata sepulti  
Pacifico regnante patris; nec sacra tuetur  
Ara Ioab; Semeiq; vorax intercipit ensis  
Consilio iuuenum; phariseat scisma perenne  
Cum regno populum; lis est de diuite regno

## LIBER QVARTVS

Quodcunq; alterutrum preclare gessit eodem  
Marmore docta manus & res & nomina pinxit  
Ne tamen infamet gentem & genus idola regum  
Sordes samarię; fraterni numina regni  
Pr̄terit; & funus Iezabel de turre cadentis  
Morsq; tacetur Achab; & vinea sanguine parta  
Non ibi cum socio quinquagenarius ardet  
Sed gens sacra Baal. gladio feriuntur helie  
Discipulusq; dolet; non comparere magistrum  
Quos tamen illustres declarat pagina reges  
Altior ordo tenet; Ezechias idola purgat  
Et reuocat longo sopitas tempore leges  
Hic egrotantem videras; solisq; recursum  
Et clarum titulis; celebrantem pasca Iosiam  
Pr̄ter quos nullus regnauit in omnibus expers  
Labis apostatice; nullusq; a crimine mundus  
  
Ecce prophetarum; quo rege & tempore quisq;  
Scripserit; effigies habet altior ordo locatas  
Virgo concipiet; hoc sub loachim Jeremias  
Hoc signum dat Achar; ecce inquit filius Hamos  
Occasum dolet; & dominum noua monstra creasse  
In terra, mulierq; virum circundabit inquit  
Stansq; Ezechiel post capram a gentibus urbem  
Se vidisse refert; clausam per secula portam  
Scilicet intacte designans virginis aluum  
Occidetur; ait Daniel post septuaginta  
Ebdomadas christus, vatum bissenae sequuntur

g iii

## ALEXANDREIDOS

Nomina cūm titulis; & in vnum consona dīcta  
Vltima pars regnum Cyri; populisq; regressum  
Sub duce Zorobabel habet, hīc reparatio templi  
Pingitur hystoria hīc; non p̄mittitur Hester  
Causaq; mortis Aman; stolideq; superbia vasti  
Hīc sedet in tenebris; priuatus luce Thobias  
In castrisq; necat Olofernem mascula Iudith  
Totacq; picturæ series finitur in Esdra.

Magnus ut obsequijs tumulo de more peractis  
Inferias soluit, festinus castra moueri  
Imperat, & rapido cursu bacchatur in hostem  
Eumenidum raro contemtum milite campos  
Explorare iubet; vbi rex perseq; laterent  
Quo procul inspecto; Mazeus prepete cursu  
Contraxit turmas, & sese in castra recepit  
At Darius patulis audiis decurrere campis  
Instaurat bellis acies; cuneosq; pererrans  
Pectora tam monitis onerat q; prestruit armis  
Iam loca pelleus castris elegerat; vnde  
Aurea persarum poterant tentoria cerni  
Iam vexilla ducum; spacio distantia paruo  
Iam stabant acies; hincinde volare videres  
Ventorum facili incursu per inane drachones  
Cum Macedum furor infremuit; strepituq; soluto  
In Persas raucis stridoribus impulit auras  
Nec minus aduersi certant elidere Perse  
Horrifico clangore polum; tremit axis & orbis

## LIBER QVARTVS

Ad sonitum tremulocq; genu vix sustinet Athlas  
Perpetuum pondus; rursus noua bella gygantum  
Orta putas replicat iteratos echo boatus  
Et patule rauco respondent gutture valles  
Armatas inhibere manus; populiq; furorem  
Vix potuit Macedo; quin excitus ordine rupto  
Frenderet, incussoq; gradu raperetur in hostem  
Sed quia iam fessus emerso cynthius orbe  
Obtenebrans faciem; ne funera tanta videret  
Emerito mergi certabat in equore curru  
Ipse iacit iaculum. & grais edidit eodem  
Castra locare loco paretur. & aggere facto  
Serapit ad tumulum; quo totum cominus hostem  
Et Persas oculis potuit reuocare phalanges  
Totacq; venturi, facies discriminis illi  
Obijcitur, videt armisonas radiare cohortes  
Distinctas acies phaleris; aurocq; superbas  
Barbariem populi; confusaq; murmura vocum  
Audit, & horrisonus aures precellit equorum  
Hinnitus; que cuncta viro; si credere fas est  
Incussere metum; facilemcq; ad nobile pectus  
Corq; gyganteum reor ascendisse pauorem  
Non aliter typhis curarum fluctuat estu  
Cui blandita diu zephirí moderamina solo  
Flamine contentam ducit sine remige nauem  
Nereidumq; chorus placidis epulatur in vndis  
Si procul instantes videat feruere procellas

## ALEXANDREIDOS

Et celeres phocas imis a sedibus austri  
Præmittens madidis tam verberat aera pennis  
Inclamat socijs. laxisq; rudentibus ipse  
Conuolat ad claram: lateriq; amplustre maritat  
Non secus ut vidit tot milibus arma præmentes  
Barbaricos instare globos, iam credere fas est  
Magnanimum timuisse ducem; vocat ergo quirites  
Seu dubiq; mentis: quid agat: seu verius ut sit  
Experiatur eos: que sint tractanda requiriens  
Exspectata diu tandem sententia: docti  
Parmenionis habet, ope noctis eis opus esse  
Et furto potius quam bello censem agendum  
Attonitos subito casu; caligine noctis  
Oppressos: placide torpore quietis inertes  
Moribus & linguis discordes posse repelliri  
Ex facili, aut cedi gladijs: aut cedere victos  
Nam si res agitur de luce: horrenda scitarum  
Corpora. & intonsis inuisi crinibus Indi  
Et quos bracta creant: immensa statura gygantum  
Occurrens oculis: & inani quassa pauore  
Pectora terribiles poterunt peruertere formæ  
Addit, & a paucis hominum tot milia gentis  
Nec circumfundit: nec bello posse moueri  
Præterea Darium probat elegisse parentes  
Planicie campos: & non ut contigit ante  
Scilicet angustas inter decernere fauces  
Tota fere Macedum laudat manus hoc, & in unum

## LIBER QVARTVS

Consonat; hos inter Poliarchon nocte ferendum  
Afferit; & positum gray in nocte triumphum  
Hunc rex intuitus; neq; enim iam Parmenionem  
Sustinet arguere; & tumidis offendere dictis  
Quem modo consultum; satyra percusserat acri  
Hic latronis ait mos est; & sollertia furum  
**Q**uem modo suggeritis; quorum spes vnicā voti  
Summa nocere dolis; & fallere fraude latenti  
Gloria nostra dolo; nō militat vt nihil obstat  
Quod mihi candorem famę caligine labis  
Obscurare queat; iam non angustia saltus  
Et cilicum fauces; Darij ve absentia segnis  
Nec furtiva placent timide suffragia noctis  
Aggregiar de luce viros; victoria quam nos  
Molimur gladijs aut nulla sit. aut sit honesta  
Malo peniteat fortunę; & sortis iniq;ę  
Regem; quam pudeat patri de nocte triumphi  
Vincere non tanti est. vt me fecisse dolose  
Posteritas legat & muniat versutia famam  
Quin ne fallantur; ne comperiantur ab hoste  
Persarum vigiles; & in armis stare caterus  
Compertum est; igitur vestij impendite curam  
Corporibus somnoq; operi reparate diurno  
Vicine memores motus instare diei  
Que nobis medium pessundare debeat orbem  
Hisq; peroratis; redit ad tentoria miles  
Econtra Darius Persas haud segnius armat

b

## ALEXANDREIDOS

Prēmunitq; suos: facturum conīcit hostem  
Quę facturus erat: si Parmenionis haberet  
Consilium v̄ires: mandunt alimēta furoris  
Quadrupedes frenos: falerataq; terga reluent  
Ignibus accensis, acies ardere videntur  
Syderibus certant galeę, clypeisq; retusis  
Inuenisse pares flamas stupet arduus ether  
Et metuit, fieri cēlum ne terra laboret  
Nec minimum gaudet nox: instar habere diei  
Nam pro sole sibi; Darij datur emula phœbi  
Cassis. & in summo lampas sedet ignea cono  
Sydera quę noctis obscurans: solaq; solis  
Solius radijs indignans cedere: quantum  
Lumine cedit ei: tantum prēiudicat illis  
Mille micant lapides in gyrum; nullus eorum est  
Quem iubar ardoris non disputet esse pyropum  
Inuasit subitis concussum motibus ingens  
Agmen vtrumq; timor; iamq; ausa fouere secundum  
Aurea sponda louem; sed non spondere soporem  
Implicitum curis: corpus regale tenebat  
Hunc placet in dextrum cuneum: de vertice montis  
Mittere graiugēnas; nunc leuum frangere cornu  
Et iussit oppositis occurrere frontibus hosti  
Molitur modo falcatos includere currus  
Insomnemq; trahit: agitat dum talia noctem  
Nec capit angustum curarum milia pectus  
Insula multifidi; q; tygridis alueus ambit

## LIBER QVARTVS

Est ipso reuerenda loco: quę vendicat orbis  
Imperijs caput: quadris vbi fulta columnis  
Stat sita sub clivo lunaris in aera motus  
Regia reginę cuius victoria nomen  
Mille patet foribus: tremuliscę sonora lapillis  
Intremit a tactu totiqę inmurmerat orbi  
Cardo semel flexus ad limina prima susurrat  
Introitumq; tenet curarum sedula mater  
Ambitio pernox. solio sedet intus eburno  
Diua triumphales lauro mordente capillos;  
Munifica munita manu. cinguntq; sorores  
Eius vtrumq; latus: & regia tecta coronant  
Perpetuę comites lyrico modulamine carmen  
Immortale canens & in eum gloria viuax  
Maiestasq; premens rugosa secula fastu  
Consiliansq; sibi facilem reuerentia plebem  
Et dea quę leges armat quę iura tuetur  
Iustitia in neutrā declinans munere partem  
Assidet hijs stabilitq; deg clementia regnum  
Sola docens miseris misereri: & parcere victis  
Has inter locuplex sed barbara moribus instat  
Fomentum vicij genitrixq; pecunia luxus  
Pacifico reliquis prelibans oscula vultu  
Immemor est odij finis concordia bellū  
Et pax agricola. & cum pleno copia cornu  
Applausus a fronte sedent: qui seria ludis  
Miscentes: vario diuam oblectamine mulcent

h ij

## ALEXANDREIDOS

Et fauor ambiguus, & bleso subdolum ore  
Risus adulator; commentaq; ludicra diuq;  
Singula Polícronos aptant; & musica circum  
Instrumenta sonant; numeros aptante camena  
Hec vbi tot curas voluentem prætore magnum  
Vidit, perpetuos cui continuare triumphos  
Acunis dederat; metuens ne forte futuri  
Naufragium martis insomnes mergeret artus  
Emicat extemplo, velataq; nubis amictu  
Antra quietis adit, & desidis atria somni  
Atq; ita: surge pater; Macedumq; illabere Regi  
Dixerat; ille grauis vix se torpore soluto  
Excutiens madidas vibravit in aere pennas  
Quo se cunq; rapit; letho tacta liquore;  
Sydera dormitant; solitos oblita meatus  
Ergo vbi torpenti grecorum castra volatu  
Attigit, expulso curarum examine totus  
Principis incubuit stratis, atq; imbuuit eius  
Rore papauero respersa medullitus ossa  
Sic animum regis prius anxietate grauatum  
Altior oppressit resoluto corpore somnus  
Posseiditq; diu donec caligine mersa  
Noctis; yperborei languerunt sydera plaustris  
Ethereoq; celer stimularet lucifer ignes  
Et iam pestifer dicens presagia lucis  
Prodierat tytan Nabatheis luridus vndis  
Conueniunt proceres orta iam luce pelasgi

## LIBER QVARTVS

Ad regem; insolito thalamis de morte iacentem  
Mirantes; alias vigiles excire solebat  
Et stimulare pigros; & maturare morantes  
At nunc cum summi discriminis arceat hora  
Quæ premit alterutram fatali turbine turbam  
Explicitum curis torpore quietis inertem  
Mirantur iuuenem; sunt qui latitare pauentem  
Celantemq; metum tenebris; nec cedere somno  
Credere sustineant; tutorum corporis eius  
Nemo vel intrare proprius ve accedere fidit  
Nec munire latus armis; sine voce iubentis  
Ire nec in turmas audet sine principe miles  
Parmenio; ne qua bellum ratione moretur  
Vtile consilium ratus est; vt corpora curent  
Vtq; cibos sumant; pronunciat ergo tribunis  
Iamq; mouente gradus aduersa parte necesse  
Hijs erat exire; stratum tunc deniq; regis  
Dux adjit; quem sepe vocans cum voce nequirit  
Excuit leuiore manu; lux inquit oborta est  
Nunc ego te moneo molles excludere somnos  
Quæ te quies tenuit; iam meda propinquunt  
Agmina; iam cuneos ammouit cominus hostis  
Iam bellona furit; sed adhuc expectat inermis  
Imperium tua turba tuum; vigor ille rigoris  
Et virtus animi; quæ nunq; fracta resedit  
Hec vbi nunc; sane vigilum pigritantia somno  
Corda ciere soles; crede inquit martius heros

h iij

## ALEXANDREIDOS

Admitti somnum mihi non potuisse, priusq;  
Exonerata grauet posuissent pectora curas

Miranti sine fine duci, quod libera curis  
Pectora dixisset macedo: sed querere causam  
Non tamen audenti, cum vicos vreret hostis  
Inquit, cum vastaret agros; excinderit urbes  
Cum fugeret, se diffidens credere fatis  
Iusta mihi tunc causa metus; onerataq; curis  
Mens erat, alternam non admissura quietem

Atnunc cum Darus coram me totus & eius

Copia tota mihi se se presentat in armis

Nec fugiens possit; diu ortia querere martis

Quid metuam nihil est; sed quid maior; ite parari

Vt mos est, alias replicabo licentius ista

Dixit, & armari lito precone pelasgos

Imperat, ipse suis aptat munimina membris

Erea crure tenus serpens descendit ad imos

Squama pedes, natum mordacis acumine dentis

Castigare moras, & pennas addere plantis

Calcar inest; vt cum profugos peruertere cursu

Tentabit; si vox non excitat; aut tuba lendum

Cornipedem; saltem stimulos latus audiat acres

Etleues humeros; & pectus herile tuetur

Vertice dependens triplici toga terrea nexus

Et teretes vlnas; maculis circumligat vncis

Sed parcens oculis; hostem dat posse videri

Tutior ut lateat; duplici detecta galero

## LIBER QVARTVS

Corporis humani pars dignior, gaea cassis  
Imprimitur capiti: flammantibus ignea tristis  
Inseritur lateri: riuos factura cruxoris  
Dira lues gladius, per quam Iouis atria nigri  
Manibus exspectant vacuos implere penates  
Poscitur huic Bucifal: cui rex ut prepete saltu  
Insedit, domuitq; ferum domitor ferus orbis  
Leua manus clypeo: felici sedere nubit  
Sic tamen, ut frenis equo iungatur amore  
Fraxinus in dextra est, cuius flagrante coruscat  
Vexillo cuspis: & verberat astra leone  
Non magis a primo duri discrimine martis  
Hunc alacrem videre sui; veniente suorum  
In medium magno, spes sana resuscitat egro  
Agmen, & in vultu victoria visa sedere est  
Ipse suis igitur distingens partibus agmen  
Disponens aciem quo debuit ordine; currus  
Falcatos Dario que spes est vna triumphi  
Excipere; ordinibus saxis; cetuq; soluto  
Euitare iuber; & non impune vagari  
Aurigas & equos, sed eos inuoluere telis  
Dumq; monet; munitq; suos; dum pectora dictis  
Roborat, elapsus a medis transfuga medus  
Transmeat ad regem Darium qui ferrea terre  
Instrumenta refert astu mandasse latenti  
Muricibus quibus est nomen, si viribus hostem  
Vincere non possit, retinere tenacibus vincis;

## ALEXANDREIDOS

Sperat; & occulta graios sorbere ruina  
Quo simul ac cepto; medus ne falsa loquatur  
Ne capiat sermone suos. rex imperat illum  
Seruari. tamen ipse locum fecit; notari  
Monstraric; suis; vbi rex Babilonius arce  
Fretus vlxea: terrę mandauerit vncos  
Neue repulsa dolis succumberet ardua virtus  
Omnibus ostendi iubet; ostensumq; caueri  
Suspectum de fraude ocum. tunc vero fluentes  
Precedens acies verbo; nutuq; loquaci  
Ad lites animans vestris labor ultimus inquit  
Pre manibus socij bellum quod Grannicus annis  
Vidit. & angusto Cylicum victoria saltu

Quid laudis . quid honoris habent nisi sine beato?  
Terminet ext remum deus; & fortuna triumphum  
Sed fortuna deus ea; que pro viribus astans  
Semper Alexandro. tam sub me sce ptra tenere  
Q; sub se gaudet alios regnare potentes

Hec vbi me Macedum moderantem grecia vidit  
Frena; meos ex tunc promouit; eisq; no cere  
Velle licet liceat. sed non audere licebit  
Ista nihil preter numerum discriminis affert  
Tam populos a cohors. sed & hec fortuna laborat  
Quam pudet exiguo totiens numerare triumphos  
Ut in vincendum simul & semel afferat orbem  
Tanto pluris erit vobis victoria quanto  
A paucis partam de pluribus esse liquebit

## LIBER QVARTVS

Ite per imbelles gladio ductore cateruas  
Cernitis vt solem gemmis auroq; corusci  
Obscurent clypei.lapidumq; superbia conos  
Occupet:ardentes vt purpura vestiat agros  
Vincere quis nolit;vbisic in bella venitur  
Quis nisi mentis inops; oblatum respuit aurum  
Congestas orientis opes,arabumq; laborem  
In promptu rapere est:menti si pareat ensis  
Si cupido cordi,gladij respondeat ictus  
Si tam cedis amans animus;sitiensq; crux  
Quam sitiens auri;vestrum est quodcumq; videtis  
Non ascribo meum tantum mihi vincite:predam  
Dividite inter vos,qui metum vincere curas  
Participem me laudis habes:tibi cetera sume  
Exemplar me laudis habe:famamq; gerendi  
Martis Alexandrum;nisi primus in agmine primo  
Rex apparuerit;si tergum verterit hosti  
Excusatus erit:veniamq; merebitur ille  
Qui fugiet;qui latus aget;si vero remisse  
Nil aggressus ero;si nunquam dixerim fortis  
I prior i:sed in arma veni precedere visus  
Tunc demum socios sum dignus habere sequaces  
Exemplo quicunq; regit documenta vigoris  
Exhibeat,moueat fortes:sic fatur:& ecce  
Concurrunt acies,it tantus in ethera clamor  
Et vulgi strepitus;quantum si diffona mundi  
In chaos antiquum:rediuua lite renascens

## ALEXANDREIDOS

Machina corrueret; rerum compage soluta  
Horrisicum concussa darent elementa fragorem

### ¶ Argumentum.



Vintus habet strages variasq; & fusa  
nera caris  
Deplorata suis. victos apud Albela  
Persas (re tractans  
Consulit Arsamides; de diro tempoz

An melius sit eis reparato robore latis  
Medorum regnis rursus committere fatis  
Sed proceres herent: ad donatiua maniplos  
Conuocat eacides, & donis vulnera curat  
Ecce vir illustris & non inglorius, illa  
Precedenti acie stipatus prole virili  
Mazeus regem Babylonis moenibus infert.

### ¶ Quintus liber.

¶ Ege nume regis lata de mensibus olim  
Quintus ab ancipiti descendens ordine lano  
Mensis erat; roseis distinguens partibus annum  
Et gemino plausu gaudebant hospite phœbo  
Ledei fratres; prima cum parte diei  
Concurrere duces emerso tempore; cuius  
Præuidisse luem Medis Persicq; futurum  
Creditur in scripto Daniel mandasse latenti  
Affuit a siccis veniens aquilonibus hyrcus  
Vltio diuina proles Philippida magnus  
Quem procul ut vidit galea flammante coruscum

## LIBER QVINTVS

Indus Aristomenas; denis elephanta flagellis  
Prodigus excutiens meditata cuspide ferrum  
Intingit clypeo; & eo lorica recuso  
Tutatur corpus; at magnus arundine monstro  
Obuiat; & qua se lateri promulcida iungit  
Vitales aperit ferro mediante latebras  
Fit fragor ingentem monstro faciente ruinam  
Sed cum precipiti cecidisset Belua lapsu  
Vltor Aristomenen & parcere nescius ensis  
Acephalum reddit; nostra est victoria nostra est  
Ingeminant graij; Perse glomerantur in vnum  
Missiliumq; frequens regem circumuolat imber  
Sed nec gesa mouent; nec sequior ense bipennis  
**Q**uem duce fortuna virtus infracta tuetur  
Ille per insertos inuictus & impiger enses  
Telaq; prorumpens volat. ignoratq; moueri  
Ferreus armatos contundens malleus arcus  
Quo feriente cadunt Eliphas Pharaone creatus  
Et Pharos Orchanides Eliphas iaculo; Pharos ense  
Hic eques; ille pedes; egyptius hic Sirus ille  
Sicca prius sterelicq; diu iam flumine fusi  
Sanguinis humet humus; iamq; imbuit vnda cruoris  
Arterias cybeles; cadit infinita vicissim  
Persarum macedumq; manus; iacet ense philote  
Enos & Caynan; Enos quoq; fuderat ense  
Hesiphilum; Caynan quoq; Lauromedonta securi  
Ibat Alexandro vulnus letale datus

i ij

## ALEXANDREIDOS

Si sineret fortuna Geon, maris incola rubri  
Informis facie; quem creditur vna gygantum  
Quippe gyganteis dicens a fratribus ortum  
Ethyopi peperisse viro, qui corpore matrem  
Immani referens; aliumq; colore parentem  
Quos terrere nequit nigredine corpore terrent  
Fuderat ergo viros clava terquinq; trinodi  
Agmina dum graium sinuoso turbine rumpens  
Ad magnum molitur iter, ceu dissipat acri  
Dente canes nemeus aper, cui sudat apertis  
Spuma labris, dorso valli riget instar acutis  
Seta minax; humeroq; canes supereminet omnes  
Nunchos a leua: nunc dextra fulminat illos  
Nunc caput in renes obliquat rursus ab illis  
In latus oppositum: partemq; tuetur vtramq;  
Se non ignarus volucrī defendere gyro  
Ventum erat ad regem miratur martius heros  
Visa mole viri, dumq; arduus ille cruentam  
Erigeret clauam clamoso gutture regi  
Intonat, heus inquit quis te furor egit in hostem  
Magne gyganteum: quem sydereas iouis arcis  
Affectasse legis: a quo vix fulmine tandem  
Tutus in etherea mansit saturnius arce  
Non dum finierat, agili cum torta lacerto  
Pinus Alexandri medio stetit ore loquentis  
Faucibus affigens linguam ne deroget ultra  
Celicolis, sed adhuc stantem telumq; cruentum

## LIBER QVINTVS

Mandentem macedo tunc demum admissus equini  
Pectoris impulsu quatit: explicitumq; per artus  
Reddit humo natum: plangit percussa iacentem  
Mater humus prolem: tantumq; dat icta fragorem  
Quantus vbi annosam sed adhuc radice superbam  
Montibus euellit Boreq; violentia quercum  
Concurrunt argiuia phalanx: stratumq; geonta  
Perfodiunt iaculis, gladioscq; in viscera condunt  
Quem tandem lacerum vultus; & mille retusum  
Pectora vulneribus acherontis ad antra remittunt  
Parte furens alia Parthorum proterit agmen  
Inclitus ille Clytus cuius soror vbere magnum  
Lactauit proprio, sed quoq; prouenerit illi  
Talio pro meritis magis arbitror esse silendum  
Hunc vbi germani respersum sanguine vidit  
Sanga Damachenus fraterno motus amore  
Ter gemitum dedit; & repetita medullitus alto  
Pectore confusam reprimunt suspiria vocem  
Cunq; tribus iaculis frendens supplere nequit  
Pectoris affectum, stricto mucrone micanti  
Emicuit curru; quaq; huic flagrante Pyropo  
Ardebat cassis claro caput arguit ictu  
Et nisi lorice latuisset tuta galero  
Plorasset cerebrum terebrata casside ceruix  
Sed licet attonitus mananti sanguine sange  
Non tamen ignavis gladio responderet; idemq;  
Quod modo transierat primi per viscera fratris

i iij

## ALEXANDREIDOS

Balneat alterius intra p̄cordia ferrum  
Dirigit primo spectata cede suorum  
Metha pater; nec quas lachrimarum funderet ymbres  
Inutent facies, etenim dolor intus obortas  
Sorbuerat lachrymas, & compluit intima cordis  
Arida decrepitate faciei debitus imber  
Suppleuitq; vices oculorum flebile pectus  
Palluit exanimis dextra languente gelato  
Corde senex; & mors in vultu visa sedere est  
Mox vbi mens redijt rediuuo sanguine; tandem  
Singultu medias inter rumpente querelas  
Tune duos inquit; tortor sequissime fratres  
Tune duos; ante ora patris; mucrone vorasti  
Non veritus patris emeriti; misereq; parentis  
Pr̄cipitare dies; sed vt vltterius tibi nullum  
Non pateat facinus ferro; fera tygris; eodem  
**Q**uo mea me coram rapuisti viscera; ferro  
Iunge patrem natis; & funera terna remitte  
Coniugis & fratrem; misere plangenda parenti  
Si qua tamen coniunx; si quis tibi filius heres  
Aut soror aut mater parcarum vindice filo  
Quod doleo doleant; & idem quod lugeo lugent  
Dixit; & imbelli faculatus missile dextra  
Torsit in arma Clyti; quod vix vmbone moratum  
Ocius euellit Clytus; & qua sancta recuruis  
Canicies nemorosa pilis vergebat in armos  
Hispida letali pertundit guttura ferro

## LIBER QVINTVS

Ille ruens cecidit visu mirabile natos  
Inter semineces: prolemq; amplexus vtrīmq;  
Tendit ad infernam natis comitantibus vrbem  
Iamq; propinquabat regali prodita luxu  
Ipsa acies Darij: curruq; micabat ab alto  
Rex: regem innumera lapidum prodente lucerna  
Obstupuit tanta percussus luce Nichanor  
Vtq; erat in dextro cornu dux agminis: illuc  
Applicuit cuneum belli quem sorte regebat  
Commisum, primis arrisit subdola gestis  
Eius, & excēpit blande fortuna furentem  
Parmenione satum: vix obstitit vnda clyentum  
Primo congressu: stabilemq; Nichanoris alam  
Sustinuit tepide: donec Theton arabites  
Turbidus in medios ruit obsitus ymbre quiritum  
Et stabilit profugos: mentesq; reintegrat egras  
Statim, & immotis figunt vestigia plantis  
Eminus occumbunt iaculis, & turbine funde  
Cominus & gladio cerebrum sitiante secari  
Interdum liuore sudum verubusq; cruentis  
Rem peragunt pedites, sedes implentur auari  
Ditis, & imbriferi domus insatiabilis antri  
Rumpere fila manu non sufficit vna sororum  
Abiectaq; colo Clotto Lachesisq; virorum  
Fata metunt: vnamq; duę iuuere sorores  
Mixta plebe duces pereunt vtrīmq;, sed inter  
Milia tot procerum speciali laude resulgens

i iiiij

## ALEXANDREIDOS

Inclitus enituit numerosa cede Nichanor  
Perq; tot obiectos vestigat Regnona Persas  
Nil actum credens fusis tot milibus ipsum  
Cum videat superesse ducem dominumq; cohortis  
Nec mora, conspicui turba cedente suorum  
Concurrere duo, ferit horrifer astra boatus  
Et populi quatit arua fragor, ferrata subactas  
Cornipedum pedibus putres terit vngula glebas  
Cominus admissi sibi vicinantur, vterq;  
Cuspipe pretenta superos cognouit in icta  
Conspicuos, crudec; licet pulsatus acerno  
Stipite; mansit eques tamen; hinc vacuata propinquu  
Vertitur ad capulum manus gaea; casside quassa  
Pro fluvio rigat arua cruor; nec sustinet iras  
Mucronis clypeus; genibus cecidere remissis  
Vectores vectiq; simul, prior ense retracto  
Surgit Parmenides, & pectora regnoris acer  
Arcet vtroq; genu; donec vitalia Parthi  
Et ventris latebras capulo tenus induit ensis  
Exemplo turbata acies & lite relicta  
Vertere terga parant; sed quos hyrcania gignit  
Conspicuos in marte superuenit ala quiritum  
Excedens numerum; inclusumq; Nichanora vallo  
Armifere sepiis facta statione coronant  
Obruitur primo iaculis; strepit gaea cassis  
Glandibus & faxis; tantamq; sibi lacer orbis  
Obstupet innasci veterato robore siluam

## LIBER QVINTVS

Iamq; pedes vlnq; labant, mixtoq; cruento  
Membra lauat sudor; sed mens infractaq; virtus  
Et princeps animus capto sub pectore regnant  
Totq; lacestitus iaculis & cestibus ille  
Murus Alexandri sed non sine nomine tandem  
Procubuit, multamq; sua cum strage ruinam  
Persarum trahit vnius damnosa ruina  
Qualis Romulea cecidit cum turris in vrbe  
Turbine fulmineo vicinas obruit edes.

Interea Macedum planctu pulsatus acerbo  
Aduolat orbata catulis truculentior vrsa  
Diluuium mundi Macedo, pauet obuia turba  
Principis occursum; fugiuntq; per inuia cursu  
Precipiit; dociles vitam preferre triumpho  
Vnus Alexandro reliquis fugientibus instat  
Mennonides Phidias, cuius lanugine prima  
Signabat roseas facies; niuis emula malas  
Nobilis & patrio referens a sanguine Cyrum  
Cui inuptura soror Darij si cederet ipsi  
Gloria martis erat; vnde orta superbia; magno  
Obuius ire parat; sed nec reuerentia patris  
Nec fauor etatis; nec rerum copia mortem  
Excutiunt parili forma sed dispare fato  
Occurrit iuueni laxis effextio frenis  
Et qua flammiuomo ritu micat aurea tygris  
Difficit vmbonem; largoq; foramine candens  
Admittit ferrum laxo toga ferrea nexus

## ALEXANDREIDOS

Transit in occultas letalis harundo latebras  
Pectoris: inq humeris niuea ceruice iacente  
Perpetue Phidias noctis caligine tectus  
Fertur. & eterno clauduntur lumina somno  
At leuo cornu, qui nulli marte secundus  
Parmenio pregerat: discors bellona furebat  
Sanguineis maculata iubis: sanieq retenti  
Delibata comas: cui spumeus axe cruento  
Lumine terrifico tonitus & fulminis instar  
Concitus occurrit ferali turbine frater  
Cui stravit furor ipse vias: ceduntq; ruent  
Degeneres animi: comes indiuisa furoris  
Principites agit ira gradus. & fellea torquens  
Lumina contemnit humiles rationis habenas  
Impatiensq; more leuis & male cuncta ministrans  
Impetus: obliquos versans in puluere cursus  
Vndiq; successus, sed & infornitia mixtim  
Circumfusa volant, & mile a vertice martis  
Cum pallore suo nutant per inania mortes  
Talis in amplexus veniens per colla sororis  
Brachia diffudit deus horrifer: ocius inquit  
Labere cara soror, macedumq; i nuncia regi  
Vana spe caperis: Darium quod perdere per te  
Inscius affectas: scelus hoc a principe tanto  
Amouere dei: nec fas ut dextera mundi  
Sceptra tenens madeat iugulo polluta senili  
Altera debetur Dario fortuna; suorum

## LIBER QVINTVS

Proditione cadet; celer ergo per arma per hostes  
Assis; & varia populanti cede pelasgos  
Impiger occurrens Mazeo; quippe rapinis  
Et macedum spolijs inhiat; laxatq; solutos  
Compedibus Persas; rursum versa vice vindis  
Mancipat argiuos; nec enim tot sufficit vltra  
Milia Parmenio paucis incessere tur mis  
Dixit, & imbrifero Bellona citatior austro  
Fertur, & ad dextrum pertransit stridula cornu  
Induiturq; genas, horrendaq; palladis arma  
Gorgonis anguicomes pretendens egide vultus  
Commemorantq; dei breuiter mandata recessit  
Infecitq; diem ferali nube recedens  
Excutitur saltu macedo, profugamq; sequutus  
Voce deam; quocunq; venis dea cardine vanum  
Spernimus omnia ait, non me diuellet ab armis  
Et currū Darij; licet impiger ales ab alto  
Missus Athlantiades verax mihi nuncius ipse  
Afferat a Persis raptas cum matre sorores  
Ex Dario pendet nostri spes vnicā voti  
Quem si perdidero parui mihi cetera parui  
Perdita momenti; solum si vicero solus  
Perdita restituet, non est mihi perdere tanti  
Quod recipi poterit; vt non & vincere malim  
Sed neq; si turris Darium septemplice muro  
Includat licet ardenti circumfluis vnda  
Sulphureis acheron defendat moenia ripis

## ALEXANDREIDOS

Eripiebat fortuna mihi; sic fatur, in armis  
Se locat: & summo clypeum feriente lacerto  
Orbem signiferum ceu vallum & moenia muro  
Pectoris opponit: tendensq; ad ethera pinnum  
Vertice sublato medios ruit hostis in hostes  
Fumantesq; globos torquens testatur adesse  
Puluis Alexandrum, fertur temone supino  
Affer Aristorides, pedibusq; attritus equinis  
Occubuit Lysias; libicis a syrtibus affer  
Venerat: a Scithicis Lysias tetrarcha pruinis  
Affrum Cratherus; Lysiam deiecit Amidas  
Ense facit lysias; hastili corrigit affer  
Iungitur hijs amidon terebrato gutture rubram  
Exalans animam, Baradamq; iacentibus addit  
Anthigonus: reprimitq; globum Tholemeus equestre  
Nec minor Eumenidi strages, nec gloria Cheni  
Inferior Meleagre tua, truculentior instat  
Perditas solito cunctis cernentibus ipsum  
Ante aciem Darij, Poliparcus nocte fruendum  
Qui prius afferuit: redimit de luce patenter  
Consilium de nocte datum, furit Inacha pubes  
Mente una, votoq; pari, furor omnibus idem  
Parq; animus bello, dominocq; simillimus ipsi  
Ut quot Alexandri comites in marte furentes  
Cominus aspiceret: tot se gauderet habere  
Magnus Alexandros, iam victoris furor aures  
Pulsabat Darij, iamq; erumpet in ipso

## LIBER QVINTVS

Consortes lateris funeste turbo procelle,  
Eger in aduersis animus sapientis & egre  
Consulit ipse sibi; cum duro tempore primis  
Diffidit rebus; & spes languescit inermis  
Nam quid agat Darius; quo se regat ordine demens?  
Cui nec tuta fuga est; nec si velit ipse morari  
Inuenit socios; nam de tot milibus ante  
Quos sibi crediderat bello vix mille supersunt  
Qui stent pro patria: pudor & reuerentia famæ  
Ne fugiat prohibent. contra timor anxius urget  
Dumque vacillanti stupefactus pretore nutat  
Dum dubitat. rapiat ne fugam. vitam ne perosus  
Se sinat ipse capi. Persæ velut agm in e facto  
Mandant terga fuge; rapiuntque per arua relicto  
Rege gradum. laxis tunc demum inuictus habenis  
Nactus equum Darius rorantia cede suorum  
Retrogrado fugit arua gradu; quo tendis inertem  
Rex peritura fugam. nescis heu perdite nescis  
Quæ fugias; hostes incurris. dum fugis hostem  
Incidis in scillam cupiens vitare caribdim.  
Bessus Narbasones rerum pars magna tuarum  
Quos inter proceres humili de plebe locasti  
Non veriti temerare fidem. capitisque verendi  
Perdere caniciem spreto moderamine iuris  
Proh pudor; in domini coniurant fata clyentes  
Magnus; ut ablatum medio de limine mortis  
Accepit Darium; regum super offa cruentus

## ALEXANDREIDOS

Fertur; & ingenti super ipsa cadauera saltu  
Insequitur Darium; pene in comitatus achivis  
Immemor ipse sui; qualem rapit impetus ignem  
Syderis & raris distinguit nubila flammis  
Qualiter alpinis spumoso vertice saxis  
Descendit Rodanus; ubi Maximianus eos  
Extinxit cuneos; & sanguinis vnda meatum  
Fluminis adiuuit fusa legione theba  
Permixtusq; crux prorumpit in aera spreto  
Aggere riparum; totumq; rigavit Agaunum  
Sed iam precipiti per saxa per avia saltu  
Transferat lychum paucis comitantibus amnem  
Belides, dubiusq; stetit fractum ne furenti  
Et mersurus aquae properaret frangere pontem  
Pelleo clausurus iter, sed ab hoste pre mendos  
Dura cede suos timuit; si ponte reciso  
Securus fugiens Persarum excluderet agmen  
Vtile propositum vicit respectus honesti  
Preposuitq; suos Darius sibi; malluit ergo  
Iustus inire fugam; potiusq; elegit apertam  
Victori prebere viam; quam claudere vicit  
Fit fuga persarum turbatoq; ordine passim  
Curritur ad pontem, sed & intolerabilis estus  
Et cursu duplicata sitis; languentia torrent  
Viscera; & exhaustos sudor sibi vendicat arcus  
Pulmonisq; vagas agitant suspiria cellas  
Vnde inopes vnde nemorum per deuia docti

## LIBER QVINTVS

Occulti laticis salientes querere venas  
Omnibus incumbunt riuis; haustaq; guloſe  
Cenosi torrentis aqua precordia limo  
Tensa rigent; vterum pregnantem simulare coactus  
Triste parit funus concepto flumine venter  
Nonnullis auido fluuium dum gutture sorbent  
Obſtruit occurrens vitales vnda meatus  
Aeraq; in cecis inclusum suffocat antris  
Sed neq; tot turmas procerum vulgiq; cohortes  
Ad mortem ductore metu sine lege ruentis  
Explicit vnius angustia pontis aceruos  
Vix capit vnda tumens fluuij; vorago cadentes  
Labuntur passim; lapsosq; inuoluit hiatus  
Fluminis; & virides stupuere cadauera nimphæ  
Languentes gladios & hebentia tela fuorum  
Intuitus macedo cum iam declivis olympus  
Phœbeis legeretur equis fumantibus aruis  
Ethiopum; & solito pauloq; remissius igne  
Vreret herculeas solis vicinia Gaddes  
Causatur princeps in noctem tempus ad illos  
Q uos credebat adhuc in cornu stare ſinistro  
Flectit iter, iamq; in leuum conuerterat arma  
Cum premissus equos a Parmenione triumphum  
Nunciat, & varijs afflitos cedibus hostes  
Dumq; reducuntur equites in castra repente  
Vallibus emergens Persarum apparuit agmen  
Exurens clypeis galeisq; micantibus agros

## ALEXANDREIDOS

Qui primos inhibere gradus & figere gressum  
Demum vbi tam paucas Macedum videre cohortes  
In magnum vertere acies; rex ante quiritum  
More suo gradiens vexilla: pericula martis  
Dissimulans potius quam spernens illud ab hoste  
Concussum totiens sed inexpugnabile castrum  
Pectoris opposuit Persis;nec defuit illi  
Perpetua in rebus dubijs fortuna cohortes  
Prefectum mortis & martis amore furentem  
Excipit,& celeri rimatur viscera ferro  
Nec mora Lysimachus & gloria gentis Achae  
Invasere arabes passim: ventrisq; pepercit  
Martius ille furor: vbi nemo cadebat inultus  
Verum cum phoebī radijs Athlantide stella  
Im vultus audente suos opponere Persis  
Marte videretur fuga tutior ordine rupto  
Consuluere fuge:laxisq; licenter habenis  
Nocte fere media transuecti fluminis amnem  
Albela perueniunt vbi rex Babilonius illos  
Quos secum fuga contulerat lugubris & amens  
Consultit & pariter de duro tempore tractans  
Cuncq; repressisset queruli suspiria cordis  
Reliquias Macedum lacrimoso pectore cernens  
Fortuitos inquit totiens variare tumultus  
Nunc aduersa pati;nunc exultare secundis  
Nunc caput incuruare malis;nunc tollere fortis  
Humane est;humilem sic vidit Lydia Cresum

## LIBER QVINTVS

Si sic victorem versa vice stemina vicit  
Sic quoq; Termophile Xersem videre faciem  
Et qui nauigij totum modo texerat equor  
Vix licuit victo sola cum naue reuerti  
Nulla rei nouitas peruertere fortia debet  
Pectora, cum nulla teneatur lege fidelis  
Esse homini fortuna diu: spes vnica victis  
Contra victorem rursus sperare triumphum  
Nec dubito quin victor agros aditurus & vrbes  
Ciuibus exhaustas sed opimis rebus et auro  
Confectas: vbis gens audiissima gutture tuto  
Visceribus siccis sitiens letale metallum  
Tentabat sedare sitim: predaq; retenti  
Conceptam satiare famem nec inutile nobis  
Id reor, interea fines intactaq; bellis  
Regna petiturus medorumq; vltima vires  
Non egre reparabo meas: preciosa supellex  
Castracj castratis & multa pelice plena  
Quanti sunt oneris: & quanti bella mouentes  
Impediant: vsu longo didicere potentes  
His partis erit inferior quibus ante remotis  
Maior erat macedo spolijs vincetur onustus  
Qui vicit vacuus, non auro bella geruntur  
Sed ferro: non es non opida regna tuentur  
Sed virtus viresq; virum: penetremus abactos  
Medorum fines: in duris vtile rebus  
Non dictu speciosa sequi docet ipsa facultas

## ALEXANDREIDOS

Non secus antiquos primo moderamine rerum  
Nouimus afflictos sortis discrimine patres  
Indultis aliquot hostiis sibiq; diebus  
Fortunam reparare suam, rursusq; retrusis  
Hostibus aduersa de parte tulisse triumphos  
Finierat Darius; vox plena timoris; & expers  
Visa suis; cum tot opibus Babilona superbam  
Et reliquas vrbes sine defensore relictas  
Eset Alexander primo capturus eoo  
Nulla videbatur reparand; copia sortis

Sed neq; quod superest retinendi gratia regni  
Seu confirmato tamen agmine siue sequenti  
Imperium potius quam consilium ducis vno  
Maturant animo medorum visere fines  
Nec mora distribuens celebres apud Albela gazas  
Munificus macedo tantis audenter onusto  
Rebus, & inuenta satiato milite preda  
Discurrit Syriam; pluuioc; citatior austro  
Vi vel amicitia superatis ciuib; ardet  
Obsita coctilibus intrare palatia muris  
Insignemq; olim tot regum laudibus vrbe  
Cui dedit eternum labij confusio nomen  
Cunc; Semiramia tantum distaret ab vrbe  
Quantum Sethanijs distat dyonisius vndis  
Ecce vir illustris stipatus prole beata  
Impiger occurrit Mazeus tranffuga regi  
Imperio magni se se Babilonaq; dedens

LIBER QVINTVS

Quem rex complexus aude; vultuq; benigno  
Suscipliens tacitis suffocat gaudia votis  
Quippe laboris erat magni; longiq; paratus  
Tot populis & tot munitam turribus vrbem  
Obsidione capi; nisi machina numine diuum  
Coctile cementum crebro dissolueret ictu  
Virg; manu promptus & non inglorius illa  
Precedenti acie; totiens expertus in armis  
Exemplo poterat alios ad foedera pacis  
Inuitare suo; tunc vero cohortibus arte  
Dispositis iussisq; sequi retrocedere Persis  
Agmine quadrato stupefacte illabitur vrb*i*  
Splendet in occursu tanti babilonia regis  
Et quas congesit veterum sollertia regum  
Exponuntur opes; ardent altaria gemmis  
Porticibusq; sacris statue reteguntur auite  
Per fora per vicos per compita serica ridet  
Vestis & auriuomis ignescunt phana coronis  
Matronasq; graues annis ciuesq; seueros  
Tegmina celatis vrunt bombicina monstris  
Seruus & ancillæ iussi laceſſere luxu  
Barbarico; insolitos nequeunt sufferre paratus  
Immemoresq; sui; dum contemplantur amictus  
Iam se presumunt non seruos esse fateri  
Hosq; quibus deerat fallax opulentia iussit  
Inter honoratos fulgere precaria vestis  
Iam totum victoris iter lasciuia florum

k ij

## ALEXANDREIDOS

Texerat, & ramis vīdūata vīrentibus arbor  
Quocunqz ingreditur certant thīmiamata thuri  
Diuinicz arabum pascuntur odoribus ignes  
Et matutino satiantur aromate nares  
Efferā prefertur clauſtro indignata teneri  
Tygris, & obtrusī ferrato carcere pardi  
Inclusi caueis frendunt immane leones  
Et quecunqz tenet hyrcanos bestia saltus  
Et ne prepediant oculos obiecta sequentum  
Turba sequens, gradibus euecti ad culmina certis  
Quamplures audicz suum cognoscere regem  
Edita murorum longa statione coronant  
Occurrunt lyricis modulantes cantibus odas  
Cum cytharīs minij: concordant tympana sistris  
Cymbala psalterio cedunt; nec defuit aures  
Blandius humanas docilis sopire viella  
Et quos nīliae tradunt mendatia gentis  
Fatidicosqz notas celis prenosce peritos  
Sydereos motus & ineuitabile fatum  
Menphite vates; currum victoris adorant  
Nunqz tam celebri iactatrix roma triumpho  
Victorem mirata suum tam diuite luxu  
Excepit, seu cum fuso sub leucade cesar  
Antonio sexti mutauit nomina mensis  
Laetandasqz dedit ydris Cleopatra mammillas  
Seu post Eumathias acies; cum sanguine magni  
Iam satur irrupit tarpeyam Iulius artem

## LIBER QVINTVS

Et merito; nam si regum miranda recordans  
Laudibus & titulis cures attollere iustis  
Sicq; fide recolas quam paucō milite contra  
Victorem mundi tenero sub flore iuente  
Quanta sit aggressus macedo: quam tempore paruo  
Totus Alexandri genibus se fuderit orbis  
Tota ducum series; vel quos hyspania poesis  
Grandiloquo modulata stilo; vel claudius altis  
Versibus insignit respectu principis huius  
Plebs erit; vt p̄geat tanto splendore Lucanum  
Cesareum cecinisse melos; romęq; ruinam  
Et macedum claris succumbat honorius armis  
Si gemitu commota pio votisq; suorum  
Flebilibus diuina daret clementia talem  
Francorum regem; toto radiaret in orbe  
Haud mora vera fides; & nostris fracta sub armis  
Perthia baptismo renouari poscerat vltro  
Quęq; diu facuit effusis moenibus alta  
Ad nomen christi carthago resurgeret; & que  
Sub Carolo meruit hyspania soluere penas  
Exigerent vexilla crucis: gens omnis; & omnis  
Lingua Iesum caneret; & non inuita subiret  
Sacrum sub sacro Remorum presule fontem.

¶ Finit quintus liber.

¶ Sequitur Argumentum  
Sexti Libri

K ij

## ALEXANDREIDOS



Extus Alexandrum luxu Babilonis  
& auro  
Corruptum ostendit, castrensia mu-  
nera certis  
Distribuit numeris: armato milite fi-

Vxios intrat; Sy sigambis liberat urbem      (nes  
Et medaten precibus: a moenibus eruta fumat  
Inclita Persipolis: mouet occursum miserorum  
Turbatum regem. Darfus discrimina martis  
Rursus inire parat. hinc seditio patricidas  
Separat a Dario. sed eos innata similitas  
Acceptos reddit; & credula pectora placat  
Nec fatum mutare valent decreta Patronis.

## ¶ Sextus Liber

**G**ce lites mundi regum timor vnicus: ecce  
Quam totiens poteras Babylo legisse futurum  
Euersorem Asie: sacra quem predixerat hyrcum  
Pagina: quem gemini fracturum cornua regni  
Presentem mirari virum, nec despice clausum  
Coctilibus septis qui latum amplectitur orbem  
Cuius inhorrescunt audito nomine reges  
Rex erat ille tuus, a quo se posceret omnis  
Rege regi tellus, si perduraret in illa  
Indole virtutum: qua cuperat ire potestas  
Aspice quam blandis viatos moderetur habenis  
Aspice quod clemens inter tot prospera victor,  
Aspice quod mitis dicit et ius gentibus: ut quos

## LIBER SEXTVS

Hostes in bellis habuit cognoscat in vrbe  
Ciues, & bello quos vicit vincat amore  
Hos tamen a tenero scola quos impresserat quo  
Ornatus animi poliande schemata vitę  
Innatę virtutis opus solitumq; rigorem  
Fregerunt Babilonis opes: luxusq; vacantis  
Desidię populū: quia nil corruptius vrbis  
Moribus illius: nil est instructius illis  
Adueneris venale malum, cum pectora multis  
Incaluere mero: si tantum detur acerbi  
Flagitiū pr̄cium non vxores modo sponsi  
Sed prolem hospitibus cogunt prostare parentes  
Solennes de nocte vident conuiua ludos  
Quos patrio de more solent celebrare tyranni  
Hos inter luxus Babilonis & ocia magnum  
Ter deni tenuere dies & quattuor, vnde  
Terrarum domitor exercitus ille futurus  
Debilior fuerat, si post conuiua mense  
Desidis effrenum piger irrupisset in hostem  
Ergo Semiramijs postq; māortius heros  
Finibus egressus Satrapeis constituit aruis  
Quedam que dederant patres precepta priores  
Militię mutanda ratus castrrentia certos  
Munera sub numeris arguta mente redigit  
Vtq; suos habeant cylarchas queq; quirītum  
Milia constituit quibus indubitate probetur  
Iudicibus virtus equitum; dignusq; probatis

## ALEXANDREIDOS

Exhibeat honor ne falso criminē poscat  
Qui tepide gessit: ne sub probitatis amictu  
Splendeat improbitas: & ne mercede negata  
Perdiderit titulum qui gessit fortia fortis

Moris apud veteres macedum patrēç Philippum  
Haec tenus extiterat cum tolli signa iuberent  
Castraciere tuba: quę prępediente tumultu  
Armorūm̄ sono non pertingebat ad omnes  
Sed super hoc cautū est: vt Perthica signa mouendi  
Luce sit insignum fumus de nocte & ignis  
Neue quis alterius munus fibi fortia gesta  
Vsurpare suis neq; ascribere viribus ausit  
Vnumquemq; virum vice qua donatus & actis  
Contentum iubet esse suis, monet allicit arctat  
Fortes conductos ciues pręce munere scripto  
Romuleos reges subiecto legimus orbe  
In populos legem & causas dictasse forenses  
Cum deus vtrices furias arceret olympos  
Theodosius terris: sed plus fuit arma tenentes  
Legib; astringi quam vicitis condere iura  
Et maius fuit armatos decreta rigoris  
Suscipere in bello quam ius in pace pacisci  
Hęc vbi mature tractata libentius omnes  
Accepere animis fusam tradentibus urbem  
Ciuib; & multis hylarato milite gazis  
Agmen ad vxias conuertit turbidus arces  
Vxię regionis honus: summamq; regebat

## LIBER QVINTVS

Prefectus Medates sane vir fortis & ingens  
Exemplar fidei: pro qua suprema subire  
Non veritus verum Dario seruabat amicum.  
Doctus ab indigenis iter esse latens & opertum  
Ciuis ignaris: graios quod ducat ad urbem  
Delectis equitum tantum in discrimen ituris  
Prefecit macedo meriti Taurona probati  
Ipse mouens circa tenere primordia lucis  
Angustas superat fauces: aditusq; locorum  
Cesac; materies faciendis cratibus apta  
Et pluteis curua testudine surgit in arcum  
Artificum ut studijs tali munimine tutu  
Funditus erueret muros armata iuuentus  
Sed grauis accessus cum dura minetur acutis  
Cotibus & saxis succindit nescia tellus  
Nec solum macedo cum duro dimicat hoste  
Sed locus est cum quo pugnandum: viuac; cautes  
Natiuo munita situ: tamen arcta subibant  
Et prærupta leues duce precedente cohortes  
Quem tamen obiecta testudine: cum peteretur  
Eminus ex alto: telorum grandine: nec vi  
Nec prece barbaricis poterant auellere muris  
Quippe inter primos galeato vertice primus  
Fulminat in Persas, nunc grandia saxa volutans  
Nunc sude suffodiens nunc frangens ariete portas  
Nunc tormenta rotat: tormentum fleibile mundi  
Impellenq; suos: pudeat iam prochpudor inquit

## ALEXANDREIDOS

Victores Asig; o socij: quibus ante tot vrbes  
Cessere: exigui dormire ad moenia castris  
Quæ loca consistant: quod opus: quis non ruit ager  
Ante manus macedum: quæ menia stare vel vrbes  
Sustineant: solidis quæ fundamenta columnis  
Inniti valeant: cum senserit altus adesse  
Murus Alexandrum: quamuis eundem olympos  
Corruet. & discent mihi condescendere turrem  
Dixit. & in summa Tauron apparuit arce  
Quo semel aspecto grais audatia crevit  
Corripuitq; pauor & desperatio ciues  
His extrema pati: patriæq; impendere vitam.  
Illi corde sedet fuga si modo libera detur  
Maxima nubiferam se turba recepit in arcem  
Nec mora ter denis victorem flectere missis  
Ut liceat salve viatos abscedere vita  
Triste reporrarur responsum a principe: nullum  
Esse locum venie: paruas superesse doloris  
Supplicijq; moras: torpent langore pauoris  
Percussi ciues. dociles extrema vereri  
Dirigit ergo preces occulto calle per umbras  
Ad matrem Darij Medates: ut mitiget iram  
Regis. & ut viatis inuictis parcat & vrbi  
Non ignarus eam venerari matris honore  
A victore coli. Medates eius sibi neptem  
Duxerat ad Darium cognato sanguine spectans  
Renuit illa diu precibus concurrere: quamuis

## LIBER SEXTVS

Iusta petat, & fortunę non competit isti  
Qua nunc versor ait tantos amittere fastus  
Victorem qua fronte rogem captiuam repulsa  
Ex merito patitur qui postulat ulterius: quam  
Promeruit opes quam meritum non prouenit a spe  
Deuiat, & verum dat ei presumptio nomen  
Conuenit ut potius q̄ sum captiuam penes me  
Contempler: quam q̄ fuerim regina recorder  
Tot pr̄cibus latis vereor ne fessa residat  
Neue fatigari queat indulgentia regis  
Ista Sylicambis supplici tamen icta dolore  
Scribit Alexandro victis si parcere nolit  
Luce frui Medaten iam victum iamq; fatenrem  
Se peccasse sinat: quę tunc moderatio magni  
Quę pietas fuerit vel quę constantia regis  
Arguit hoc vnum q̄ non Medati modo verum  
Omnibus ignouit & libertate priori  
Concessa: captam captiuis reddidit urbem  
Restituens patrios pr̄scis cultoribus agros  
Immunesq; coli mandauit & absq; tributo  
Si vaga victori Dario fortuna dedisset  
Vrbem pr̄ manibus non impetrasset ab illo  
Plura parens q̄ quę victis dedit hostibus hostis  
Nec mora dimissis cum Parmenone cateruis  
Imperat ut Darium caute vestiget, eumq;  
Campeltri iubet ire via: tamen ipse tricentis  
Delectis equitum iuga tendit in ardua, quorum  
I ii

## ALEXANDREIDOS

Perpetuum excurrit vergens in persida dorsum  
Non alias Macedo grauiora pericula passus  
Experto didicit semper variamq; sibiq;  
Dissimilem, & nulli fortunam stare perennem  
Perq; tot angustas & qua via deuia fauces  
Perq; tot anfractus & qui vestigia nusquam  
Admittunt hominis; gradiens pelleus ab hoste  
Desuper obruitur; & non impune frequenter  
Compulsus retroferre gradus multaq; suorum  
Sanguinis impensa post tot discrimina tandem  
Hostica confregit collato robore signa  
Victaq; sederunt victricibus arma sub armis  
Vix bene purgato noctis caligine coelo  
Trajciens macedo molimine pontis Araxem  
Persepolim festinus adit captamq; redigit  
In cineres, celebrem tot priscis regibus urbem  
Diuinitis tumidas cum coperit ante tot vrbes  
Huius opes alias opulentia barbara longe  
Preterij, luxum totius Persidis istuc  
Contulerant reges sacris penetralibus aurum  
Et rudit eruitur argenti massa vetustis  
Ex aditis rapitur non tantum partus ad vsum  
Agger opum nec ad hoc congescit aurara vetustas  
Quantum ut mirantes traheret speculatio visus  
Curritur in predam citius certatur & inter  
Predones, hostisq; loco truncatur amicus  
Cui preciosior est rapta aut inuenta rapina

## LIBER SEXTVS

Causa necis preciumq; fuit præciosa supellex  
Et quod quisq; rapit iam non capit improbus, vnde  
Accidit; vt q; iam non occupat; estimat illud  
Purpura diripitur laceratur regia vestis  
Artificum sudata manu q; aspera signis  
Aurea vasa rigent dolabris in fragmina cedunt  
Nil sinit intactum nullis contenta cupido  
Integra nulla manent; membris simulachra reuulsis  
Plus terroris habent mutilata minusq; decoris  
Exitus hic vrbis que tot regalibus ante  
Floruerat titulis; & que tot gentibus vna  
Iura dabat quondam specialis & vnicus ille  
Europæ terror; decies cum mille carinis  
Obstrueret totum numerosa classe profundum  
Neptunum fossis immittere collibus ausa  
Ausaq; montanis exponere linthea dorsis  
Persarum reliquas vrbes tenuere secuti  
Post magnum reges; huius vestigia nusq;  
Inuenies vbi strata rapax ostendit Araxes  
Moenia; marmoreis paruo distantia ripis  
Dixeris indignam dignam ve his cladibus vrbem  
Ambigitur, nam cum subiturus moenia Magnus  
Pergeret; occurrit agmen miserabile visu  
Captiuū macedum tria millia corpora cestī  
Auribus orbatī; manibus pedibusve recisis  
Vellabra præcisi penitus vellumine cassi  
Aut aliqua a Persis membrorum parte minutū

I iij

## ALEXANDREIDOS

Præterea quæ longa sui ludibria seruant  
Frontibus impressa est rudibus non barbara signis  
Hos vbi non homines verum simulachra videri  
Rex ratus in primis: tandem cognouit abortis  
Intepuit lachrimis: victorq; exercitus ille  
Fleuit. & in subitum versa est victoria luctum  
Rex miseros fortis animi iubet esse: daturum  
Se quicquid peterent visuros dulcia rura  
Divitis Europe vxores dulcesq; propinquos  
Spondet. & in patrio capturos cespite somno  
Secedit vallo vulgus miserabile. donec  
Quæ potiora petat libra deliberet equa  
His Asie placuit consistere finibus: illis  
Dulcior est patrius alieno cespite cespes  
Quorum quem docilis celebrem facundia lingue  
Foecerat Enthecon sic creditur esse locutus  
Quem modo de tenebris & clauso carceris antro  
Ut peteremus opem puduit procedere: truncis  
Corporis exitium patriq; qua fronte valebis  
Ostentare tuq; spectacula lęta daturus  
Cum sane incertum discrimina tanta tulisse  
Poeniteat: magis an pudeat; bene fertur iniqua  
Conditio cum tecta latet; bene fertur amara  
Conditio: miseram si nosti abscondere vincas  
Nullaq; tam nota est miseris tam patria dulcis  
Quam sedes aliena; domus sine teste prioris  
Fortunq; miseros faciunt loca sola beatos

## LIBER SEXTVS

Quando beatarum subeunt obliuia rerum  
Qui totum ponunt in spe vel amore suorum  
Quamcito sustineant; lachrimarum arescere riuis  
Ignorant; leuiter veniunt; leuiterque recedunt  
Blandiri dociles lachrime: solasque propinqui  
Impendunt miseris lachrimas arentibus illis  
Cum lachrimis arescit amor pietasque tuorum  
Sors miseri querula est: fœlicisque superbus  
Est status: & tumide nulla est compassio mentis  
Quem fastidit homo non vere diligit, ille  
Verus amor: miserum qui non fastidit amicum  
Fortunam alterius tractat dum quisque recurrit  
Ad propriam: & propria consultu sorte requirit  
Tales exterius qualem se nouerit intus  
Fortunata parem solet alea querere casum  
Fastidisse alius alium poteramus, & esse  
Obprobrio mixtim: nisi mutua fata dedissent  
Omnibus equeales inter tria millia casus  
Vxores tenere quas in feruore iuente  
Duximus. & sumptas sumptis dimissimus armis  
O que solenni socialia fœdera vultu  
Admittent viles veneris sine somite trunco  
Partirique volent genialis gaudia lecti  
Visqadeo nobis sexus incognitus ille est  
Pectore femineo vernalis certior aura est  
Mollior est adamas felici que solet esse  
Dura viro; miserum poterit ne videre maritum

## ALEXANDREIDOS

Obscro vos olim vita defuncta iuuentus  
Querite quas habitent semesa cadauera sedes  
Queramus parili voto lugentibus aptum  
Abiectisq; locum ignotis lateamus in horis  
Quos penes agnosc i mferi iam cepimus imo  
Quos penes inuisum iam desijt esse cadauer  
Hactenus Enthision cum sit oriundus Athenis  
Thecius obiect; nemo estimet inquit amicum  
Corporis ex habitu; dire ludibria sortis  
Nemo pius pensat; non nos natura creatrix  
Sed contemtibiles hostis violentia fecit  
Omnibus esse malis me iudice censeo dignum  
Quem pudet euentus sua cui fortuna pudori est  
Desperare solent, alios in tempore duro  
Esse miserturos: alijs huj qui misereri  
Non vellent si fila darent contraria fata  
Inclementis homo mentis male coniicit ex se  
Raraq; humanq; sedeat clementia menti  
Spe maius votoq; deos offerre videtis  
Vxores patriam prolem patriosq; penates  
Heus liceat clausis erumpere carcere lucem  
Aereaq; & linguam patriosq; resumere mores  
Cur miser hic & seruus eris: si patria detur  
In votis: in qua tantum miser esse teneris  
Exulibus tandem fortunq; pessima passis  
Est aliquid patrio si reddere posse sepulchro  
Mollius ossa cubant manibus tumulata suorum

## LIBER SEXTVS

In Persis maneant medorumq; aera spirant  
Fœlices alij; quos diffidentia patrum  
Vxorumq; potest auellere dulcibus aruis  
Me sane regis usurum munere constat  
Europam patriamq; sequi; modo libera detur  
Visendi a superis natalia rura facultas  
Finierat Tecius sed paucos repperit huius  
Votiparticipes aliorum pectora vicit  
Consuetudo potens natura fortior ipsa  
**Q**uorum consilio concurrens magnus opimos  
Non solum partitur agros sed prodigus addit  
Aes variosq; greges; & Ieti farris aceruos  
Ne frumenta sola desint cultoribus æra  
His vbi consultis prouidit martius heros  
Medorum ingreditur reperato milite fines  
Principiticq; legens Darij vestigia cursu  
Ne fuga subripiat pleni pars magna triumphi  
Qui supereft solus pardis instantior instat  
Sed iam Belides e bractana venit ad urbem  
Metropolim mediq; decreuerat inde subire  
Bractorum fines, sed cum loqueretur adesse  
Rumor Alexandrum, cuius sati agmina contra  
Pennatosq; gradus; distantia nulla locorum  
Longa videbatur; mutato pectore mutans  
Consilium totos orditur in arma paratus  
Pugnandoq; mori decreuit honestius esse  
Quam totiens vitam fatis extendere victimam

m

## LIBER SEXTVS

Vnde vię comites paulo consistere iussos  
Intuitus; si me ignavis sors equa laboris  
Iungeret & mortem reputantibus inquit honestam  
Qualiscunq; foret potius dicunda tacerem  
Quam verbo vellem consumere tempus inane  
Sed maiore fidei q; vellem quamq; decorum  
Esset; virtutis expertus robora nostrę  
Iam didici quam sit venerabile nomen amici  
Quam sincera fides sinceros inter amicos  
Tot rebus monitis presumere debo tantis  
Me dignum socijs de tot castrensis ante  
Vnica Persarum superstes gloria; qui me  
Bis profugum victi bis principis arma securi  
Vestra fides stabiliq; probans constantia mentem  
Efficiunt; ut non verear me credere regem  
Ut me Persis adhuc ausim regnare fateri  
Qui potius castris victi elegistis adesse  
Victoris quam signa sequi me iudice digni  
Si mthi non liceat pro me quibus etheris ille  
Dignas rector agat grates, quia non erit vlla  
Nescia tam recti tam non obnoxia iustis  
Surdaq; posteritas que vos non efferat equis  
Laudibus in coelum; que non memoranda loquatur  
Que vos & meriti taceat preconia vestri  
Viuere per famam dabitur post fata sepultis  
Sola mori nescit eclypsis nescia virtus  
Sola caret fine virtus ignara ruine

## ALEXANDREIDOS

Vnde fuge latebras quam semper abhorreo, q̄uis  
Molirer; virtute animi tantoq; meorum  
Consilio fr̄ḡtus; irem tamen obuius hosti  
Exulat in regno Darius, sed quousq; feretis  
Ciues q; patrio rex imperat aduena regno  
Aut mihi defungi vita continget honesta  
Aut reuocare meas afflictis hostibus vrbes  
Et que perdidimus celeri reparare paratu  
Arbitrium victoris an id censem honestum  
Victus vt expectem Darioq; pr̄cariā detur  
Mazei exemplo sola in regione potestas  
Qui modo totius Asie moderabar habenas  
An ne reseruabor ad tantum dedecus; vt sim  
Gloria victoris in regni parte receptus  
Non erat; vt capitis decus hoc aut demere quisq;  
Debeat aut demptum mihi; se mihi reddere iactet  
Imperium viuuus perdam; priuabor eodem  
Imperio, vitaq; die preciosa duobus  
Mors Darium vita simul & diademate priuet  
Si manet hic animus socij; si mens ea vobis  
Nemo supercilium macedum fastusq; nefastos  
Cogetur post fata pati, sua dextera cuiq;  
Aut modo finis erit aut vltio digna malorum  
Ergo si superi pia bella mouentibus adsunt  
Si facinus reputent iustos defendere; saltem  
Finis honestus erit fortesc; licebit honesto  
Mortis more mori veterum per gesta parentum

m ij

## ALEXANDREIDOS

Per preciosa præcor quondam præconia patrum  
Illustresq; viros quibus hæc subiecta tributum  
Gens Macedum toties & vectigalia soluit  
Obtestor miles vt dignos stemmate tanto  
Concipias animos vt te contingat olympos  
Teste vel egregia vincere vel vincere pugna  
Hactenus Arsanides: sed non excepit eodem  
Verba cohors animo dictis quoq; defuit ille  
Debitus applausus quem persuadentibus audax  
Reddere turba solet prestruxerat omnia verus  
Ora timor donec Achatheus inter amicos  
Regis præcipius: nos inquit in arma sequamur  
Vnanimes regem nobisq; erit exitus idem  
Qui tibi qui patriæ: Ieto excepere loquentem  
Assensu reliqui raucosq; dedere tumultos  
Qualis in ægeo desperans nauita ponto  
In quem fluctuomus fracta iam puppe videtur  
Coniurasse nothus: socios solatur inertes  
Dissimulansq; metum comitum titubantia firmat  
Pectora, & inuito parat ire per equora vento  
At Bessus facinus iam premeditatus acerbum  
Narbazonesq; simul numero milite fulti  
Iam diffinierant Darium comprehendere viuum  
Vt si magnus eos sequeretur munere tanto  
Commodius possent victoris iniire fauorem  
Quod si præceleres euadere principis alas  
Sors daret; auderent Dario regnare perempto

## LIBER SEXTVS

Et vires reparare:nouumq; lacessere martem  
Narbazones igitur,sceleri iam tempora nactus  
Opportuna suo,scio rex quę dixero;dixit  
Displicitura tibi;nec erit sententia cordi  
Hęc mea grata tuo:sed pregraue vūlnus acerbo  
Curatur ferro:grauis est medicina dolenti  
Asperior sanat grauiores potio morbos  
Naufragiumq; timens:iactura sepe redemit  
Nauita quod potuit:& damnis damn'a leuauit  
Scis quod amara geris aduerso numine:bella  
Sors vrgere tuos non desinit aspera Persas  
Omnibus est tentanda modis fortuna;nouisq;  
Est opus omnibus:depone insignia regni  
Ad tempus bone rex;aliij concede regendam  
Imperiū summam:nomen qui regis & omen  
Possideat:donec martis cessante procella  
Hostibus expulsis Asya,iusto tibi regi  
Restituat regnum:breuis expectatio facti  
Huius erit:tot bracta dabunt;dabit india gentes  
Vt maior bell'i moles maiora supersunt  
Robora:quam bello quę sunt exhausta priori  
Cur in perniciem:labentes more bidentum  
Irruimus,fortis animi est contemnere mortem  
Non odisse tamen vitam:sed amare virorum est  
Degeneres:& quos constat tedere laboris  
Compelluntur adhoc:vt vitam ducere:vile  
Quid reputent,quid mirum:ignauo viuere;mors est  
m iij

## ALEXANDREIDOS

Econtra nihil est quod fortis & ardua virtus  
Linquat in expertum; mouet omnia; & omnia tentat  
Tenditur ad mortem; cum nil superesse videtur  
Ultimus ad mortem; post omnia fata; recursus  
Ergo age rex Besso; quem gloria temporis offert  
Ad tempus committe tui moderamina regni  
Ut tibi restituat; accepto tempore sceptrum

Hec ubi dicta; animo vix temperat ille benignus  
Et patiens rector; iam te inuenisse cruentum  
Inquit. mancipium funestum temporis horam  
Comperio facinus qua patraturus acerbum  
In dominum seruus; partharum stamina rumpas  
Hec ait; & stricto poterat mucrone videri  
Occisurus eum. nisi vultu supplice; Bessus  
Indignantis habens speciem; multoq; suorum  
Agmine stipatus; regem exoraret; eumq;  
Haud mora vinciret mundum nisi conderet ensem

Tunc vero a reliquis metari castra seorsum  
Precepere suis; ac regi Archabatus ire  
Consuluit ut parcat; habeat pro tempore tempus  
Equa mente feras ait; erroremq; tuorum  
Stultitiamq; grauis & præmaturus in armis  
Instat Alexander; magno retinendus amore est  
Miles, ne sanos turbet discordia sensus  
Neue a rege suos alienent bracta maniplos  
Paruit arsamides; superos & fata sequutus  
Castra locat meror & desperatio victis

## LIBER SEXTVS

Indiuisa comes animos illius obumbrat  
In castris igitur que iam rectore carebant  
Motus erat varius animorum:proxima regi  
Instabat funesta dies:nec ut antea regni  
Dispensabat onus solus tentoria seruans  
Regia peruigiles librans in pectore curas.

At duo conceptum iam mente cupidine regni  
Tractantes facinus agitabant pectore: regem  
Non nisi cum magno comprehendere posse labore  
Non mediocris enim timor & reuerentia regis  
Regnat apud Persas; maiestas regia magni  
Ponderis esse solet: etiam gens barbara regis  
Nomen inhorrescit; & quos in sorte secunda  
Barbaries metuit; veneratur numine pressos  
Vivit in aduersis primus veneratio fortis  
Quem semel exhibuit: impendit semper honorem  
Et quia tanta fides & gratia regis in illa  
Gente: palam vel vi sine magna cede suorum  
Non poterant Darium sceleris vincire ministri  
Ergo dolis operam dare & excusare furem  
Decreuere suum; simulanti voce reuerti  
Ut decet: & tanti se penitusse reatus  
Ficturos: extrema pati pro rege paratos  
Craftinus amissum noctis caligine mundum  
Reddiderat tytan, & signum castra mouendi  
Iam dederat Darius; aderant cum milite multo  
Participes sceleris; caute pretendere docti

m iij

## ALEXANDREIDOS

Officium solenne foris; speciemq; sequendi  
Principis imperium, sed in alta mente latebat  
Occultum facinus scelerisq; proterua tanti  
Sceptrum præradians & adhuc insignia regni  
Gestabat Darijus; currucq; micabat in alto  
Prona facebat humi supplex; veniamq; preçata  
Sediçiosa cohors, & sustinuit venerari  
Tunc patricida ducem: quem post in vincula seruus  
Detrusurus erat; lachrimisq; coegit obortis  
Credere Belidem; vultumq; rigare senilem  
Fletibus irriguis; sed nec tunc fraudis amicos  
Penituit sceleris: cum certus vtricq; videret  
Quam mitis naturę hominem: regemq; virumq;  
Falleret; ille quidem securus & immemor horę  
Instantis, quam sors & seruus vtercq; parabant  
Pellei macedumq; manus que sola timebat  
Effugere affectans laxis properabat habenis  
Maturare fugam: finesq; subire repostos

At patron græci dux agminis; integer quo  
Et stabilis fidei Darij non fictus amicus  
Iam patricidarum comperta fraude suorum  
Milibus armatis pulchrę circundatus ibat  
Contiguus regi; fandicq; ut copia facta est  
Narbazones inquit; & Bessus optime regum  
Insidias in te conceptas ense cruento  
Effutire parant; vitę tibi terminus; ista  
Lux erit; aut illis; nos ergo corporis esse

## LIBER SEXTVS

Custodes patiare tui: tua precipe: dum res  
Exigit; in nostris figi tentoria castris  
Linquimus Europam: non bracta: nec india nobis  
Arua; laremq; & spes in te congregimus omnes  
Esse tui custos: externus & aduena nunquam  
Expeterem: fieriq; tuę tutela salutis  
Si tibi quemq; alium posse hoc prestare viderem  
Inclita patronem: seruati gloria regis  
Fecerat insignem. si quis tamen hec quoq;: si quis  
Carmina nostra legat. nunquam patrona tacebit  
Gallica posteritas: viuet cum vate superstes  
Gloria patronis: nullum moritura per euum  
Iam reor ęterno causarum secula nexus  
Non temere volui. nemo temeraria credat  
Fortuitoq; geri: mundana negocia casu  
Omnia lege meant quam rerum conditor ille  
Sanxit ab ęterno: Darius cum viuere posset  
Consilio graium fati decreta sequutus  
**Q** uamuis nota satis: expertaq; sepius inquit  
Sit mihi vestra fides: nunq; tamen a populari  
Gente recessurus. nec ab his diuertia queram  
Quos totiens soui. satis est leuius mihi falli  
**Q** uam damnare meos. quicquid fortuna iubebit  
Inter eos. me malo pati q; transfuga credi  
Si sanum iam me esse mei: si viuere nolint  
Iam sero pereo: iam mortem vtroneus opto  
Attonitus patron; & desperare coactus

## ALEXANDREIDOS

Consilio regis: ad gręca reuertitur amens  
Agmina pro recto victi q̄ vigore: fideq; i  
Cuncta pati promptus; Bessus patricida pelasge  
Ignarus lingue: tanti tamen ipse furoris  
Concius, occultum capit ex interprete verbum  
Iamq; peremisset Darium; nisi crederet esse  
Tutius, vt viuo pelleo traderet hostem  
Hoc potiore modo: credebat cedis amica  
Concio victoris sibi conciliare fauorem  
Distulit ergo nephas in ydonea tempora noctis  
Noctis quando solent patrari turpia, noctis  
Quando impune placent: que sunt in luce pudori  
Cum timor est audax; frons est ignara pudoris  
Tum Dario Bessus grates agere & venerari  
Ficta mente studet; vt perfida verba dolosi  
Vitasset lepido: & pulchro sermone quiritis  
Qui dum exspectat opes: macedum placare tyrannū  
Hac regis ceruice parat; funesta daturus  
Munera, nec mirum est venalia constat habere  
Omnia venalem: & ductum mercede quiritem  
Vir sine pignoribus: lare: coniuge: pauper & exul  
Emptorum precijs: vt circumfertur harundo  
Anniuit arsamides: certus tamen omnia vera  
Deferrit a grais: sed eo iam venerat. vt res  
Eque dura foret. & plena pauoris & expers  
Non parere suis: & eis se credere nolle  
Quam falli, & gladijs caput obiectare suorum.

## ARGVMENTVM



Eptimus in dominum seruos liber ar-  
mat & eius (la trudit  
Iusticiam ostendit; tandemq; in vincu  
Interea viatos vestigias magn9 abactos  
Confecit sceleris confuso marte minis  
Tunc demū iaculis Darius confessus in ipsa (stros,  
Morte polistrato viuos dum quereret amnes  
Extremas voces & verba nouissima mandat  
Inuentum macedo corpus rigat vbere fletu  
Ac sepelit.rursus vulgi procerumq; tumultus  
Comprimit; & rapido cursu bacchatur in hostes.

### ¶ Liber Septimus

**R**estitit hesperio; merensq; in littore phœbus  
Defessis herebat equis, tristisq; remissa  
Luce retardabat venturę noctis habenas  
Et tantum visura nephas Latonia terris  
Virgo morabatur roseos ostendere vultus  
Sed lex eterno que colligit omnia nodo  
Et sacer orbis amor quo cuncta reguntur vtrumq;  
Corripuit,iussitq; vices explere statutas  
Iamq; vaporantem fumabat thetyos vnda  
Vorticibus clausura diem, requiemq; petebat  
Humanus cum sole labor, sed pena manebat  
Occasum facturus erat cum vespere mundi  
Lugentem Darium,positusq; in vespere mundi  
Clauerat infelix tentoria solus apud se  
Dese consilians; sed debile semper & expes

## ALEXANDREIDOS

Consilium miseri vitamq; trahentis in arcto  
Et tamen hęc secum, quos me pater impie diuum  
Detrahis in casus: quo me parata lea fati  
Perdere delicto; superi quo criminē tantas  
Promerui poenas: cui nec locus inter amicos  
Et notos supereft; nec enim securus; apud quos  
Debueram dominus tutam deponere vitam  
Sed sitit hanc animam: manifesto senior hoste  
Inq; senis iugulum parat arma domesticus hostis  
Si fuit indignum tanto dyademate cingi  
Totiusq; asyę Darium ditione potiri  
Simale subiectos rexit; si iura tyrannus  
Publica vel patrias tentauit soluere leges  
Si ciues armis: populumq; tyrannide pressit  
Si cum iudicio resideret censor iniquus  
Auertit surdas; a causa pauperis; aures  
Si partem infiustam corruptus munere; fouit  
Si mihi persuasit funesta pecunia iustum  
Vendere iudicium; si fundum trifitis auitum  
Et patrias vites: per me sibi fleuit ademptas  
Filius exheres, si iura fidesq; perosus  
In stadio mundi: non munda mente cucurri  
Iam mortem merui. fati nec deprecor horam  
Iam sati est superi/ vestro quod munere vixi  
Crudecant furię Bessi; deseuiat in me  
Narbazones. gelidoc; senis perfusa cruento  
Tota domus iustas compescat numinis iras

## LIBER SEPTIMVS

Sed si iusticię cultor; si iura sequutus  
Nil legi; nisi quod rationis litera dictat  
In quantum natura sinit; petulansq; nocie  
Conditio carnis. gladios remouete clyentum  
A domini iugulo: pro sit vixisse per eum  
Innocue Darium, mors conuertatur in illos  
Qui meruere mori; liceat medo viuere: pro sit  
Simplicitas iusto, noceatq; nocentia fonti  
Quod si fixa deum manet imperiosa voluntas  
Si mihi fatorum series immobilis; auras  
Vitales auferre parat; vitamq; coarctans  
Atropos; incisum maturat rumpere filum  
Cur alijs liceat de me plus quam mihi: vel cur  
Narbasoni seruatus ero; suffractus achiuis  
Nunquid adhuc sanguis nūqd mihi dextera: nunqd  
Ensis: ut hanc dubitem fatis absoluere vitam  
Sic ait, & gelido terebrasset viscera ferro  
Sed spado qui solus aderat tentoria planctu  
Castraq; commouit; dehinc erupere citati  
Cum lachrymis alij regem cecidisse gementes  
Barbarus in castris ululatus; & icta tremendo  
Rura fragore tonant; tremulusq; reliditur aer  
Nec capere arma sui; gladios ne forte clyentum  
Incurrant audent; sed ne videantur inique  
Deseruisse ducem; monet arma capescere Persas  
Cum pietate fides, sed terror vincit vtrumq;  
Excussitq; potens reverentia mortis; honestum

## ALEXANDREIDOS

Ecce per attonitos rapientes agmina; Persas  
Sacrilegi comites; strictis mucronibus assunt  
Irrumpuntq; aditus, & circumstantibus ense  
Dispersis; regem quem iam expirasse putabant  
Vinciri faciunt, proh quanta licentia fati  
Quam vaga; que versat humanos alea casus  
Quem prius aurato curru videret sedentem  
Et tremuere sui; iam non suus ille suorum  
Vincitur manibus; & in arcta sede locatur  
Captiuumq; trahit; currus angustia regem  
Attamen ut regi saltem pro nomine; nullus  
Non habeatur honos, vincire precipit aureis  
Compedibus dominum; truculentior aspide suus  
Regia diripitur; ceu bellum iure supellex  
Vtq; audios pressit inuenta pecunia currus  
Per scelus extremum partis iam rebus onusti  
Intendere fugam; quo tenditis agmine facto  
Eoum facinus; scelerum fraudisq; ministri  
Quę vos terra feret; vbi tantum tanta latebit  
Impostura malum; quis tute ducere vitam  
Sub seruo poterit domini sitiente cruorem  
Interea summis accincto milite; rebus  
Vestigans rapto, Darij vestigia cursu  
Terrarum domitor, ebractana cingere facta  
Obsidione parat; profugumq; capescere regem  
Etdelere armis euersam funditus urbem  
Extremamq; manum longis imponere bellis

## LIBER SEPTIMVS

Cum tamen audiret Darium mouisse; fugęq;  
Intentum celeri; liquisse bractana ceptum  
Haud mora; flectit iter; & Persidis arma relinquens  
Insequitur profugos; animi calcaribus actus  
Et quia tendentem; famę vulgauerat aura  
In medium Darium; dehinc bracta subire volentem  
In medium transire parat; sed certior ipsum  
Nuncius auertit; detrusum in vincula regem  
Affirmans; seriemq; rei pulchro ordine pandens  
Horruit auditis macedo; ducibusq; citatis  
Est breuis iste labor; & premia digna laboris  
Qui supereft socij; Darium non hic procul inquit  
Destituere sui; vincitumq; suprema reseruant  
Ad mala fortunę; finem metamq; laborum  
Aut iam succubuit fatis; aut munere vite  
Inuitus fruitur; piger ergo citatius equo  
Castigandus equus. & precipitandus in hostem  
Est gradus afflito vitam donemus ut hosti  
Nec minus est; postq; cepit miserabilis esse  
Parcere confracto; quam frangere posse rebellem  
Applaudunt proceres responso regis; & instant  
Seq; sequuturos per summa pericula spondent  
Ergo inito cursu; mundi fatale flagellum  
Agmen agit macedo; somnoq; medente; diurnum  
Non releuat fessis requies nocturna labore  
Talis in aduersos Iouis irruit ira giganter  
Fulmine, quam dextram fingunt armasse poetę

## ALEXANDREIDOS

Cum iam centimanus celo nodosa Typhœus  
Brachia porrigeret, martem flammare videres  
Pallada vipereos clypeo pretendere vultus  
Telaq; fatali spargentem Delyon arcu  
Ventum erat in vicum stellis nascentibus, in quo  
Vinxerat Arsamidem; furiato pectore Bessus  
Occurrere duo: qui prodigiale perosi  
Flagitium Bessi, patricidarum comitatu  
Tutius esse putant: macedum se iungere castris  
Hijs ducibus; macedo breuius iam deside phœbo  
Est aggressus iter; incedens ergo quadrato  
Agmine; sic cursum moderatur ut ultima primis  
Coniungi possit acies, iam Delyus equis  
Distichus ab vtrac; domo distabat, & ecce  
Viuere adhuc Darium Procubelus transfuga regi  
Et tantum stadijs affirmat abesse ducentis  
Sed caueatur ait; ne sic exercitus iste  
Aut in compositas eat; aut incurrat inermis  
Armatas acies, patricidas acris armat  
In cedem facinus; vbi desperatio nullum  
Iam venie superesse locum sub pectore clamat  
Hijs super accensi proceres, maiorq; sequendi  
Crevit Alexandro seruilia castra cupido  
Ergo fatigati; laxis foduntur habenis  
Et grauius solito; stimulos audire iubentur  
Cornipedes: sumptisq; volant per inania pennis  
Iam sonus audiri; strepitusq; fragorq; rotarum

## LIBER SEPTIMVS

Ceperat a gravis, & pars aduersa videri  
Posset ab aduersis; nisi pulueris horrida nubes  
Intuitum eriperet; paulo subsistere grecos  
Iussit Alexander; donec cessante procella  
Pulueris, hostiles possent agnoscere turmas  
Bessus. vt obliquum sedato puluere lumen  
Flexit. & aerij de vertice montis anhelos  
Vidit adesse viros; armorum luce quirites  
Splendere; & peditum ferro lucere cateruas  
Horruit aspectu, & gelido labefacta pauore  
Pectora, monstriferę timuerunt conscientia culpe  
Econtra viso macedum gens aspera Besso  
Accelerat gressum, fusocę per ardua cursu  
Estuat imparibus concurrere viribus hosti  
Nam si tantum animi; tantum vigoris haberet  
Ad bellum Bessus, & martis munera; quantum  
Ad facinus; tantumq; valeret in agmine, quantum  
In gestu sceleris; & proditione valebat  
Pellei poterat; macedumq; retundere vires  
Vlciscicę asyam, nam Bessi castra sequentes  
Barbarici; tantum prestatabant robore; quantum  
Et numero gravis; somnoq; cibisq; refecti  
Magna fatigatis pugnę documenta daturi  
Viribus alternam multum conferre quietem  
Sed macedum terror; & formidabile terris  
Nomen Alexandri; momentum non leue bellis  
Aduertit pauidos, & desperare coegit

## ALEXANDREIDOS

Vinci posse viros: fugit indignantibus armis  
Seditiosa cohors; versicq; in pectora dorsis  
Degeneres rapuere fugam; tum vero nephandi  
Participes sceleris accincti pectorē toto  
Ad scelus extremum; Dariūm descendere curru  
Vtq; alacer consendat equum; vitamq; laboret  
Conseruare fuga; monitis hortantur & instant  
Ille venenosos monitus & dicta repellit  
Vt oresq; deos testatur adesse; fidemq;  
Acris Alexandri lachrimis implorat obortis  
Secq; negat scelerum comitari velle clientes  
Nullus ait mortis metus aut violentia fati  
Compellet Dariūm; scelerum se iungere castris  
Non habet ulterius quod nostris cladibus addat  
Fortunę gladius; mors quam patricida minatur  
Antidotum meroris erit, mortisq; venenum  
Pro medicamentis; cura& laboris habebo.

His super accensi patricide; corde sub alto  
Concipiunt bilem, dominumq; patremq; cruentis  
Confodiunt iaculis; & in ipsum grandinis instar  
Spicula concutiunt; quem tandem vulnere multo  
Pectora confossum; sparsumq; cruore relinquunt  
Et fugitiua sequi ne longius agmina possint  
Curribus assuetos iuga regia ferre iugales  
Afficiunt telis gladijsq; duosq; clientes  
Quos habuit comites in vita, mortis eidem  
Esse iubent socios; & eodem funere mergunt

## LIBER SEPTIMVS

Quo facto, ut tantilateant vestigia monstri  
Divisere fugam, festinat bracta subire  
Bessus, Narbas ones hyrcanos visere saltus  
Dispersi fugiunt alij: quos vel metus vrget  
Vel spes in dubijs semper comes optima rebus  
Quingenti tantum se collegere quirites  
Qui pro iusticia: patrięq; iacentis honore  
Elegere mori: macedumq; resistere turmis  
Vel quia sperabant armis extendere vitam  
Vel quia turpe fuit regi superesse perempto  
Dum tamen ancipiti sermonum barbara motu  
Diffinit legio: melius ne sit; hoste propinquuo  
Terga dedere fuge: grais ve opponere pectus  
Ecce triumphantis animi pernicibus aliis  
Vecta superuenit macedum manus: omnibus arma  
Omnibus & vires: & martius omnibus ardor  
Iam fragor & bellii rursus nouus ingruit horror  
Non timido fuga: nec prodest audacia fortis  
Ceduntur fortes: timidi capiuntur: & ecce  
Res indigna fide, dictu mirabile plures  
Captiuū quam qui caperent: numerumq; ligantum  
Pr̄donumq; grauis excessit copia pr̄dē  
Non magna sine laude tamen cecidere rebelles  
Aduersę partis clari ter mille quirites  
Nec cedes rancor: nec funeris ira quieuit  
Donec Alexandro gladij reuocante furorem.  
Cedibus abstinuit cedi deuota iumentus

n ij

## ALEXANDREIDOS

Tum vero intactum pecudum de more superstes  
Agmen agebatur, nec erat vestigia toto  
Agmine qui Darij grais ostendere posset  
Singula scrutantur Persarum plaustra; nec vsquam  
Dedecus inueniunt fati regale cadauer  
Regis, enim stricto deserto calle iugales  
Pectora confossi iaculis in valle remota  
Costiterant: mortem Darijque suamque gementes  
Haut procul hinc querulus lasciuo murmure riuus  
Labitur, & vermis solus damnatur in herbis  
Patrem riuus habet fontem: qui rupe profusus  
Purus in expressis per saxea viscera guttis  
Liquitur, & siccas humectat nectare glebas  
Ad quem vir macedo post martem fessus anhelo  
Ore Polistratus sitis incumbente procella  
Ductus: ut arentes refoueret flumine fauces  
Curriculum Darij vitam exalantis opertum  
Pellibus abiectis iumentaque saucia vidiit  
Vidit, & accedens confossum vulnere multo  
Inuenit Darium, turbatum lumina mortis  
Inter & extremę positum confinia vite  
Cunctaque rogaretur Indo sermone quis esset  
Gauisus; quantum perpendi ex voce dabatur  
Fortunę presentis ait mortisque propinquę  
Hoc unum Dario & solum solamen habetur  
Quod tecum mihi non opus est interprete lingua  
Quod loquor extremum discretis auribus; & quod

## LIBER SEPTIMVS

Non erit extremas inuanum promere voces  
O quam grata mihi macedum presentia regis  
Esset, vt audiret me tam pius hostis; & eius  
Colloquio fruerer; vt mutua verba ferendo  
Sedaret veteres belli breuis hora querelas  
Quem quia fata negant; o quisquis es accipe; & ista  
Perfer Alexandro; post hoc certamina magni  
Debitor intereo; multumq; obnoxius illi  
Quod matrem Darij prolemq; modestus & ire  
Immemor hostilis clementi pectore fouit  
Quod non hostilem qualem decet esse tyrannum  
Sed regalem animum victis vultumq; serenum  
Exhibuit victor; hostiq; fidelior hostis  
Quam noti ciuesq; mei; donata per illum  
Vita meis; vitam mihi subripuere propinquui  
Regna quibus vitamq; dedi; miserabile dictu  
Quorum presidio tutus vel ab hostibus esse  
Debuerat Darius ab eis occisus & inter  
Hostes incolumis stans; labitur inter amicos  
His precor a iusto reddatur principe talis  
Talio pro meritis; qualem patricida meretur  
Quamq; repensurus mihi si fortuna triumphum  
Concessisset eram; nec enim discrimine solum  
Alea versatur mea; sed communis eorum  
Qui presunt turbe; & populi moderantur habenas  
In me causa agitur; decernat pondere iusto  
Magnus, que tantum maneat vindicta reatum

n 117

## ALEXANDREIDOS

Et noua flagitijs scelus expiet vltio tanti  
Quam si distulerit; vel forte remissius equo  
Egerit, illustris minuetur opinio regis  
Decolor, & famę multum diuersa priori  
Adde quod a simili debet sibi peste cauere  
Rex pius, & subiti vitare pericula casus  
Et cum iusticię status hic versetur: & illuc  
Vtilitas uno tueatur vtrumq; rigore  
Hoc vnum superos votis morientibus oro  
Infernicię cahos: vt euntibus ordine fatis  
Totus Alexandro famuletur subditus orbis  
Magnus & in magno dominetur maximus orbe  
Vtq; mihi iusti concessio iure sepulchri  
A rege extremi non inuidеantur honores  
Sic ait, & dextram tanquam speciale ferendam  
Pignus Alexandro gręco porrexit, eiq;  
Letifer irrepst: per membra rigentia somnus  
Et sacer irrumens luteo de carcere tandem  
Spiritus hospitium miserabile carnis abhorrens  
Prodijt: & tenues euaneat liber in auras  
Fœlices animę: dum vitalis calor artus  
Erigit infusos: sed pre gustare daretur  
Quę maneant manes decurso tempore: iustos  
Premia: que requies: & quam contraria iustis  
Impius expectet, non nos funestus habendi  
Irretiret amor: nec carnis amica libido  
Viscera torreret: sed nec pre diuite mensa

## LIBER SEPTIMVS

Patrum sorberet obscenus iugera venter  
Sed neq; ferrato detentus carcere bacchus  
Frenderet horrendum fracturus dolia; nec se  
Inclusum gemitet sine respiramine liber  
Non adeo ambirent cathedrē venalis honorem  
Symonis heredes; non incentiuia malorum  
Pollueret sacras funesta pecunia sedes  
Non aspiraret; licet in dolo clarus auti  
Sanguinis impubes: ad pontificale cacumen  
Donec eum mores; studiorum fructus & etas  
Eligerent; merito non suffragante parentum  
Non geminos patres; ducti liuore crearent  
Preficerentq; orbi; sortiri a cardine nomen  
Non lucri regnaret odor; peruertere normam  
Iudicij; nollet corruptus munere iudex  
Non caderent hodie nullo discrimine; sacri  
Pontifices quales nuper cecidisse queruntur  
Vicinę modico distantes equore terre  
Flandria Robertum cesum dolet. Anglia Thomam  
Sed quia labilium seducta cupidine rerum  
Dum sequitur profugi bona transitoria mundi  
Allicit illecebris animam caro. non sinit esse  
Principij memorem; vel cuius imaginis instar  
Facta sit & quorsum resoluta carne reuerti  
Debeat, inde boni subit ignorantia veri  
Inde est; quod spreta cupimus rationis habena  
Quod natura negat. facinus quoq; promptus ad om̄ne  
Non reueretur homo; quod fas & iura verentur

## ALEXANDREIDOS

Inde est; quod regni flammatu amore satelles  
Non reuerens homines; non curans numina Bessus  
Et patris & domini fatalia fila resoluit.

Te tamen o Dari; si quę modo scribimus olim  
Sunt habitura fidem; Pompeio francia iuste  
Laudibus equabit, viuet cum vate superstes  
Gloria defuncti nullum moritura per eum

Magnus ut accepit Darium expirasse citatum  
Turbidus accelerat gressum; inuentumq; cadauer  
Perfudit lachrimis; & compluit vbere fletu  
Sedit complosis manib; positoq; rigore  
Principis effusum gemuit; doluitq; iacentem  
Quem stantem ut caderet totiens incusserat ante  
Ergo ubi purpureo lachrimas siccauit amictu  
Purgauitq; genas; miseris mortalibus inquit  
Hoc solum reueramen inest; quod gloria mortem  
Nescit, & occasum non sentit fama superstes  
Si iuste meritis respondet gloria famę  
Nulla tuos actus poterit delere vetustas  
Nec te posteritas rex Persidis inclite Dari  
Oblinet; aut veterum corrodet serra dierum  
Claresces titulis; totoq; legeris in orbe  
Ausus Alexandro; macedumq; resistere fatis  
Si mihi te viuum seruassent omne fausto  
Fata iugo macedum leuius nihil esse probares  
Vno rege minor tantum; magnoc; secundus  
Iura dares alijs. in regni parte receptus

## LIBER SEPTIMVS

Sed quia seruiles non permisere ceterue  
Quę patris emeritam ferro rapuere senectam  
Ut clemens victo laudarer victor ab hoste  
Quod solum licet vltorem defunctę relinques  
Hostibus infandis habuisti quem prius hostem  
Sic mihi contingat bellis oriente subacto  
Hesperios penetrare sinus; classemq; minacem  
Occiduis inferre fretis; cursuq; reflexo  
Gallica grecorum ditioni subdere colla  
Sic mihi dent superi traiectis alpibus vna  
Cum populis ligutum romanas frangere vires  
Dixit, & exequijs solito de more solutis  
Regifico sepelit corpus regale paratu  
Membraq; condiri iubet, & condita recondi  
Maiorum tumulis; vbi postquam condita celsa  
Pyramis erigitur; niueo quę marmore culta  
Ingenio docti superedificatur Apellis  
Coniunctos lapides; infusum fusile rimis  
Alterno interius connectit amore metallum  
Exterius quantumq; patet iunctura; figuris  
Incultum varijs rutilans intermicat aurum  
Quatuor ex equo distantibus arte columnis  
Sustentatur onus; quarum iacet gaea basis  
Argento stilus erigitur; capitella recocto  
Imperitant auro; fornacibus eruta binis  
Has super exstructa est; tantę fuit artis Apelles  
Lucidior vitro pacato purior amnę

## ALEXANDREIDOS

Cristallo similis, celiq; volubilis instar  
Concaua: testudo librati ponderis, in qua  
Forma tripartiti pulchre describitur orbis  
Hic a siq; sedes late diffunditur; illinc  
Subsidunt gemine spacio breuiore sorores  
Hinc certis distincta notis; loca; flumina, gentes  
Vrbes; & silue; regiones; oppida; montes  
Et quecunq; vago concluditur insula ponto  
Indigeat quę terra; quibus quę rebus abundet  
Frugifera est lybię; vicinis Sirtibus; hamon  
Mendicat pluuias, Egyptum nylus opimat  
Indos ditat ebur; vestitacq; litora gemmis  
Affrica pretendit magne carthaginis arces  
Gręcia diuinias; famę immortalis athenas  
Pallantea domus; roma crescente superbis  
Herculeis gadibus, hyspania thure sabeo  
Francia militibus; celebri campania vino  
Anglia blanditur; ligures amor vrit habendi  
Artuiti Britones; solito Normandia fastu  
Theutonitusq; suum retinet de more furorem  
Lubricus extremas tantę testudinis horas  
Circuit oceanus: asiam tractusq; duarum  
Opposito medius; discriminat obice ponthus  
Pontus distortis in quem vaga flumina ripis  
Omnia descendunt; & eo ducente recuruos  
Flexa per amfractus magnum labuntur in equor  
Et quia non latuit sensus Danielis apellem  
Aurea signauit epygrāmate marmorata tali

## LIBER SEPTIMVS

Hic situs est aries typicus duo cornua cuius  
Fregit Alexander totius malleus orbis  
Præterea hebreos; & eorum scripta sequutus  
Preteriti seriæ reuoluta temporis annos  
Humani generis a conditione notauit  
Vsq; triumphantis ad bellica tempora magni  
In summa annorum bis milia bina leguntur  
Bisq; quadringtoni; decies sex; bisq; quaterni  
Interea meritos ad donatiua maniplos  
Inuitat macedo: gemitus & vulnera; largis  
Curat muneribus; & ydonea tempora nactus  
Solennes epulas; & bacchi gaudia; totis  
Instaurat castris; ergo dum pocula tractat  
Delicijsq; vacat diffusus in ocia miles  
Ecce repentinus vicium solenne vacantis  
Militiæ rumor: subito ferit agmina motu  
Fertur Alexandrum: post prospera bella tumentem  
Hostibus afflictis; & adepta Perside; velle  
Ad patrios fines & dulcia regna reuerti  
Ergo audi i reditus; quamuis actore careret  
Rumor discurrunt lympharum more: per omnes  
Castrorum uicos; aptant tentoria plaustris  
Sarcinulasq; & vasa legunt castrentia; tanquam  
Mane paretur iter: oritur per castra tumultus  
Letitie; iunctasq; ferunt ad sydera palmas  
Rumor ut attonitas inuicti principis aures  
Impulit; occultus animum perterritor horror

o ij

## ALEXANDREIDOS

Contraxitq; furor laxas rationis habenas  
Mox vbi mens redijt; domito reuocata furore  
Prefectos iubet acciri; lachrimisq; profusis  
Limite de medio terrarum a ciuibus orbem  
Auferri sibi conqueritur; virtutis in ipso  
Limine Alexandro mundi totius apertum  
Precludiq; imperium; nihil in patriam nisi probra  
Fortunam vieti se non victoris ad agros  
Esse relaturum; tantis obſistere ceptis  
Inuidiam superum; qui fortia pectora semper  
Alienant; patrieq; trahunt natalis amore  
Indecoresq; viros; sine nomine velle redire  
Ad patrios ortus; indulto tempore magna  
Laude recursuros applaudit curia regi  
Permittuntq; suas in cuncta pericula vires  
Iussa sequuturos proceres; & nobile vulgus  
Si modo blanditijs dubias permulceat aures  
Ergo tribunal posito; ducibusq; citatis  
In facie procerum plebisq; astante caterua  
Ceptit Alexander; recolentibus inquit amici  
Gestarum vobis titulos & nomina rerum  
Non mirum est patrias vobis occurtere sedes  
In quibus illustres decantet fama labores  
Et celebras vestras attollat gloria pugnas  
Libera iam veteri Persarum patria; per vos  
Est exempta iugo; Fenicem; Persida; Medos  
Armenos Scitiam vestri domuere lacerti

## LIBER SEPTIMVS

Lybia Capadoces Parthi Cylicum iuga: vestro  
Succubuere iugo: terras mihi vestra subegit  
Plures asperitas; alijs quam regibus vrbes  
Lubrica fors dederat; ergo si cuncta maneret  
Terrarum quas tam celeri virtute subegi  
Perpetuo mecum possessio foedere fixa  
O ciues etiam vobis retinentibus vltro  
Ad patrias vrbes; dulcemq; erumpere terram  
Optarem; matrem geminalq; videre sorores  
Et parta pariter vobiscum laude potiri  
Sed nouus est nec adhuc firma ceruice tenetur  
Imperi status; & nondum subeuntibus equa  
Barbaricis ceruice iugum victoria nutat  
Ergo breuis nobis opus est assuetudine; donec  
Barbara mollescant accepto tempore corda  
Et peregrina suos deponant pectora mores  
Nam mora maturat fruges, & musta statuto  
Tempore mitescunt quamuis expertia sensus  
Quod natura nequit animos & corda ferarum  
Mulcet longa dies: sequum indomitumq; leonem  
Mitigat humani manus; & vox blanda magistri  
Vicisti Persas; sed non domuisti, & ipsi  
Armis; non morum cohibentur lege; futuri  
Quos modo presentes metuunt absentibus hostes  
Et licet extincto Persarum principe inultus  
Bessus adhuc supereft; hostis patricida retento  
Narbasonelq; suus coeunt in prelia regno

o ij

## ALEXANDREIDOS

Proh pudor, eternum nati seruire clyentes  
Per scelus extremum parta ditione cruentas  
Extendunt ad sceptra manus, sed sicut in egriis  
Omnia corporibus medici uocitura recidunt  
Sic nihil a tergo quod discedentibus obstet  
Esse relinquendum, res eandemque arbitror esse  
Quicquid obesse potest regno post terga relicto  
Parua solet magnis causam prestare ruinis  
Cum neglecta fuit modice scintilla fauille  
Tutior ut maneat hostis nihil est quod ab hoste  
Despicias tuto; fit quem neglexeris ille  
Fortior hoc ipso multoque valentior hostis  
Vicimus idcirco Darium ut Besso patricide  
Cederet imperium, procul hunc arcere pudorem  
Terrarum domini; breuis est labor & via nobis  
Quadrivium supereft iter; ut diuertia mortis  
Quererere nulla queat Bessus patricida; tot amnes  
Tot iuga transiit; tot proculcastis hyatus  
Horrendosque lacus, tot saxa; tot inuia vobis  
Peruia fecistis; non vos mare diuidat estu  
Fluctuago; sed prona iacent & plena triumpho  
Omnia vicina est; & in ipso limite palma  
Vincendi restant pauci; memoranda per eum  
Gloria, cum seruos nostro mediante labore  
Audierit domino penas soluisse perempto  
Credula posteritas, dignus labor hercule nullum  
Quem patris occisi condemnat opinio nostras

## LIBER OCTAVVS

Effugisse manus, hoc vno miles honorem  
Perpetuare tuum, Persas Asyeg̃ fauorem  
Conciliare potes; sic fatur; & ecce paratas  
Attollunt cuncti quecunq; in prelia dextras  
Seq; sequituros per summa pericula spondent  
Vnanimes letiq; senes hylarisq; iuuentus  
Ergo auditis pugnē tentoria vertere magnus  
Imperat, & rapido cursu bacchatur in hostem



### Argumentum

Ircanos domat octauus; nec iniqua  
ferentem  
Vota pharetrata presentat Amaz  
zona regi

Vruntur gaze macedum: mirabile factu  
Detegitur facinus Dymi; sequiturq; nephandus  
In castris gemitus: oratio / morsq; Philote  
Impius attrahitur; monstrum implacabile Bessus  
Suspensusq; piat manes patricida paternos  
Arma Scitis infert macedo; legatio postquam  
Nil agit, & monitus non flectant principis iram  
Gens inuicta prius victori subditur orbis.

### Liber Octauus.

**M**Ennonis eterno deplorans funera luctu  
Tertia luciferos terras aurora per omnes  
Spargebat radios; cum fortis & impiger ille  
Terrarum domitor; in cuncta pericula precepis  
Hyrcanos subiit armato milite fines

## ALEXANDREIDOS

Quos vbi perdomuit; vitamq; cruentus ab ipso  
Narbasones molli lingua suplicante recepit  
Haud mora visendi succensa cupidine regis  
Gentis Amazoneg; venit regina Talestris  
Castraq; virginibus subiit comitata ducentis  
Omnibus hęc populis; dorso quos caucasus illinc  
Circuit, hinc rapidi circundat phasidos amnis  
Iura dabant mulier; cui primo ut copia facta est  
Regis, equo rapide descendit spicula dextra  
Bina ferens; leuo pharetram suspensa lacerto  
Vestis amazonibus non totum corpus obumbrat  
Pectoris a leua nudatur: cetera vestis  
Occupat, & celat celanda; at non tamen ultra  
Iuncturam genuum descendit mollis amictus  
Leua papilla manet; & conseruatur adultis  
Cuius lacte infans sexus muliebris alatur  
Hęc intacta manet: sed aduritur altera lento  
Promptius ut tendant arcus; & spicula vibrent  
Perlustrans igitur attento lumine regem  
Mirata est famę non respondere Talestris  
Exiguum corpus tacituraq; versat apud se  
Principis indomiti virtus vbi tanta lateret  
Barbara simplicitas a maiestate venusti  
Corporis; atq; habitu veneratur. & estimat omnis  
Magnorumq; operum nullus putat esse capaces  
Pręter eos; conferre quibus natura decorum  
Dignata est corpus; specieq; beare, venusta

## LIBER OCTAVVS

Sed modico prestat interdum corpore maior  
Magnipotens animus; transgressaque corporis artus  
Regnat in exiguis preclara potentia membris  
Ergo rogata semel; ad quid regina veniret  
An ne aliquid vellet a principe poscere magnum  
Se venisse refert; ut pleno ventre regressa  
Communem pariat cum tanto principe prolem  
Dignam se reputans; de qua rex gignere regni  
Debeat heredes; fuerit si femina partu  
Edita; maternis potietur filia regnis  
Si mas exstiterit; patri reddetur alendus

Querit Alexander, sub eo ne vacare Talestris  
Militique velit. illa suum custode carere  
Causatur regnum, tandem pro munere noctem  
Ter deciesque tulit, & quod querebat adeptus  
Ad solium regni; patriasque reuertitur virbes  
Interea Bessus; sumpto dyadema bracta  
Mouerat, & veteri mutato nomine: Scitis  
Accitis; toto surgebat in arma paratu  
Estuat auditis macedo, sed inertia luxu  
Et bello partis tot rebus onusta moueri  
Agmina vix poterant; igitur mirabile dictu  
Cuncta tremenda ratus; quecunque mouentibus arma  
Esse solent homini; primum sua; deinde suorum  
In medium proferre iubet; spaciofa iacebat  
Campi planicies; ubi multo sanguine partes  
Exponuntur opes; arabum serumque labores

p

## ALEXANDREIDOS

Plaustroy diuersis rerum speciebus onusta  
His vbi congestis; rapt a face martius heros  
Ignem supposuit, & miscuit omnia flammis  
Ardebant dominis mirantibus omnia; que ne  
Ardent totiens accensis viribus igni  
Restiterant; totiens humo subeunte labori  
Pertulerant auidas multo discrimine flamas  
Non tamen audebant; tanto sibi parta labore  
Sanguinis effusi precium deflere quirites  
Seu vulgus; cum regis opes idem vreret ignis.

His vbi sedatus dolor est; dixisse feruntur  
A curis grauibus & sollicitudine magna  
Consilio regis ereptas esse cohortes  
Et quos subdiderat regina pecunia seruos  
Principis exemplo manumissos esse per ignes.

Iamq; legebat iter; iam bracta subire parabat  
Exonerata manus; cum rex inuictus; & hoste  
Tutus ab externo; pene imperfectus ab ipsis  
Consulibus macedum; tamen intestina suorum  
Declinauit adhuc parcis parcentibus arma  
Et ciuile nephas, erat inter regis amicos  
Precipuus tota maior legione Philotas  
Parmenione satus, sine quo nil carmine dignum  
Geslit Alexander: qui grande nephas Cebalino  
Indice perlatum; certis rationibus ad se  
Suppressit triduo, donec Mecrone cruentum  
Comperiente scelus; proprio cadit ense; ligatis

## LIBER OCTAVVS

Complicibus Dymus vincitur: & ipse Philotas  
Creditur hoc vno perimi voluisse tyrannum  
Quod toto tridui spacio suppresserat; huius  
Indictum sceleris, indicitur ergo reuinctis  
A tergo manibus; faciem velatus in aulam  
Principis edicto populus conuenerat armis  
Cinctus, & horrendo pallebat regia ferro  
Mussat tota cohors; tantique ignara tumultus  
Cur accita foret; arrestis auribus heret  
Donec Alexander sermone silentia rumpens  
Detexit scelus, illatoque cadavere Dymi  
Subticuit primo demum pene inquit ademptus  
Vobis o ciues; fortunae munere viuo  
Regis ad hanc vocem clamoso perstrepit aula  
Turbarum strepitu: cunctis poscentibus huius  
Auctores sceleris; ut proderet ille, quid inquit  
Ille meus: patris ille mei: specialis amicus  
Parmenio; tantoque alijs prelatus amore  
Tanti flagitiij fuit autor: & ecce Philotas  
Cum patre concipiens tam detestabile terris  
Et celo facinus; Lecholaum Demetriumque  
Et Dymum; cuius corpus miserabile: coram  
Aspicitis; socios delegit: & in mea ductor  
Fata subornauit; rursus facundia vocem  
Intonat horrendam, Metro Cebalinus & index  
Nychomachus testes producti criminis ortum  
In medium referunt; subdit maurotius heros

p 11

## ALEXANDREIDOS

Quo dominum obsequio: quo dilexisse videtur  
Affectu patrem: qui cum hoc scelerum scelus: inquit  
Præsciret: siluit: quod non tamen esse tacendum  
Cede liquet Dymis: facinus Cebalinus acerbum  
Quod simul accepit: hora non distulit vna  
Solus non timuit: solus non credidit illud  
Parmenides: sane patria ditione tumescit  
Quem quia præfeci medie: maiora superbus  
Sperat: & aspirat ad summi culmen honoris  
Forsitan hoc animum dedit in mea fata Philote  
Qz sine cognatis sum: nec mihi libera proles  
Nec genitor superest: erras funeste Philota  
Tot saluis macedum ducibus: quorū agmina memet  
Circumstare vides: magnum ne dixeris orbum  
Ecce mei fratres quos intuor: ecce parentes  
Q uod celat: quod Dymus eum non nominat: inter  
Participes: sociosq; dolii: minus esse nocentem  
Non facit: indicium est ducis & terroris: in illos  
Prodere qui possunt: qui de se cum fateantur  
De duce non audent ducti terrore fateri  
Multaq; consuevit de me suspecta Philotas  
Dicere, & faciles prebere serentibus aures  
Se gaudere mihi: genitum quem iupiter a se  
Affirmabat ait: miseris tamen esse dolendum  
Viuentum quibus est fastus sub principe tanti  
Excedente modum: & stadium mortalis habent  
Et silui & sciui: nec enim fieri mihi viles

## LIBER OCTAVVS

Et contemptibiles alijs volui quibus ante  
Tot bona contuleram, sed iam temeraria lingua  
Vertitur ad gladios: & quod conceperat ore  
Parturit ense manus; quo me conferre licebit  
Cui caput hoc credam: prefecci pluribus vnum  
Cui vita & capit is commisi iura; sed unde  
Presidium pecij: venit improuisa salutis  
Pernicies; melius cecidisse marte futurus  
Hostis preda mei: potius quam victima ciuis  
Nunc seruatus ab his macedo: que sola timebit  
Incidit in lateris socios: & in agmina quorum  
Nec vitare manus: nec debuit arma timere  
Ergo mei ciues vestra ad munimina ciuis  
Armaque configio; liceat vos esse salutis  
Auctores; saluus vobis nolentibus esse  
Nec volo nec possum: si me seruare velitis  
Vindicis officium pretendite vindice pena  
Hec vbi persuasit ira dictante relinquit  
Consilium: vincumque iubet proferre Philotam  
Dicturum causam; ne iudicarius ordo  
Dicatur vires tanti victoris in aula  
Amisisse suas; manibus stetit ille reuinctis  
Luridus, & vili velatus tegmine membra  
Lugubris facie; multum mutatus ab illo  
Qui princeps nuper equitum: magnumque sequutus  
Nobilior ducibus, & magnificentior ibat  
Disponensque acies; tractansque negotia bellii

p iiij

## ALEXANDREIDOS

Hochabitu quondam Burchardum flandria vidit  
Soluentem meritas occiso principe penas  
Quem rota penalis pro tanto criminе torsit  
Totaq; confregit Ludouico principe membra  
Nutabat pietate cohors: animosq; subibat  
Parmenionis amor: tam clari ciuis amara  
Conditio: qui cum viduatus prole gemella  
Hectore iam pridem: magnoc; Nichanore nuper  
Iura dabat Medis, absente parente superstes  
Tertius & patrium solus solamen iniquo  
Iudice: barbaricis causam dictabat in horis  
Herebant animi procerum: poteratq; videri  
Seuiti cecidisse rigor cum pretor amictas  
Regius, intuitus mentes pietate remissas  
Pluribus obiectis cepit damnare Philotam  
Sopitamq; ducum dicendo resuscitat iram  
Sedatumq; facit rursus crudescere vulgus  
Tunc vero attonitus labefacta mente Philotas  
Auertensq; oculos a circumstante caterua  
Nec caput erexit: nec flexit luminis orbem  
Seu quia conciderat sceleris mea conscientia tanti  
Seu quia supplicij nutabat pressa timore  
Nec mora mentis inops super illum corruit: a quo  
Ipse tenebatur, at demum mente recepta  
Abstergens panno faciem: vultumq; madentem  
Fletibus, insonti facile est inquit reperire  
Verba, tenere modum miseris non est leue ciues

## LIBER OCTAVVS

Cunq; sic in portu mens hic mea criminis expers  
Huius. & in nullo sibi conscientia turbidus illinc  
Me timido fluctu fortunę verberet auster  
Inter utrumq; situs; utriusq; locatus in arcto  
Non video qua lege queam parere vel huius  
Temporis articulo; vel mundę a crimenе menti  
Forti fortunę pereo; si pareo mentem  
Non sinit insontem fortuna potentior esse  
Hec secura manet in me parat illa securim  
Hinc spes inde metus; hinc saluus naufragus illinc  
Præterea causam ingredior sine iudice; cuius  
Intererat iuste meritum cognoscere cause  
Non video cur absit; ei damnare nocentem  
Cum liceat soli, solusq; absoluere possit  
Absolui nequeo; nisi cause cognitor ipse  
Et iudex sedeat; quia vix continget ut ipso  
Liberer absente; quo sum presente ligatus  
Sed quamuis infirma hominis defensio victi  
Sit, qui censorem non instruit immo videtur  
Arguere iniusti; tamen hoc ut cunq; licebit  
Mortis in articulo pro me alligabo, meiq;  
Non ero desertor; sed quo me criminе damnet  
Curia; non video de conspirantibus vnum  
Vel de complicibus; me nemo fuisse fatetur  
De me Nichomachus; nil expressit Cebalinus  
Plus quam Nichomachus a quo scelus audijt istud  
Noscere non potuit: me rex tamen arguit huius

p iiiij

## ALEXANDREIDOS

Criminis auctorem; sed qua ratione videtur  
Subticuisse caput cedis; scelerisq; magistrum  
Quemq; sequebatur tanto discrimine Dymus  
Non verisimile est; alieno parcere quemquam  
Qui sibi non parcit; econtra credere dignum est  
Ut se maiori tueatur nomine Dymus  
Inter participes prius expressisse Philotam

Scripta ferunt Ytacum; cum furtum palladis illi  
Ajax obijceret; raptamq; in nocte mineruam  
Tytide socio factum excusasse decenter  
Et velasse suam Dyomedis nomine culpam  
Dumq; laerciade rursus simulasse furem  
Obijceret. belliq; metu quiescisse latebras  
Sic mihi respondit latebras quiescisse pudori  
Cum ratione pari crimen reputetur Achillem  
Inter femineas timidum latuisse cateruas  
Cum tanto commune viro non abnuo crimen  
Sic vbi tractatur communis causa duorum  
Interdum maior solet excusare minorem  
Dicite consulti iuris; legumq; periti  
Qua ratione perit; mortem quo iure meretur  
Quem nemo accusat, in quem non fama laborat  
Nec sua condemnat confessio; criminis huius  
Nuncius in primis nisi me Cebalinus adisset  
Non hodie traherer in causam; nemine nomen  
Accusante meum; sed quod suppresseris ad te  
Delatum facinus; & quod rumoribus aures

## LIBER OCTAVVS

Clauseris quidni: pueri ne querelis  
Est adhibenda fides; minus est preciosus & absq;  
Pondere; sermo grauis; quem nō grauis edidit auctor  
Rumoresq; facit leuitas auctoris inanes  
Si Dymī culpe socius vel conscius essem  
Non sinerem sane; vel me vel criminis huius  
Participes prodi: biduo si posset in illo  
Res peragi. clam siue palam poteram Cebalinum  
Tollere de medio. ne regi nuncius iret  
Concepti sceleris; huius moliminiis ad me  
Delato inditio; post detectam mihi fraudem  
Qua periturus eram; ferro comitante penates  
Secretos adj regis; & cubilia solus  
Non video; cur distulerim scelus; an sine Dymo  
Ausus non fuerim; princeps erat ille cruenti  
Et dux consilij. sub eo latuisse philotas  
Creditur. & magno regnum affectasse perempto  
Quem tamen e vobis corrupi munere ciues  
Quem de tot colui vobis impensis vnum  
Scripsisse sibi me rex obiecit honori  
Congaudere suo: genitum quem iupiter a se  
Voce affirmabat; misericordia tamen esse dolendum  
Viuere quos dederat sub tanti principe fastus  
Vera fides & amor; fiducia consilijs  
Libertas veri. sed perniciosa quibusdam  
Sanaq; qua colui regem; corruptio; vos me  
Decepistis. & hec fateor scripsisse Philotam

## ALEXANDREIDOS

Hoc scripsi regi: sed non de rege sciebam  
Dignius esse louem tacitis agnoscere votis  
Et superum stirpem; quam se factando mouere  
Contra se inuidiam: procerumq; lacefere bilem  
Quid mihi rex pro te totiens sudasse: quid armis  
Profuit: & tecum pro te consumpta iuuentus  
Continuusq; labor martis, quid in agmine fratres  
Amisisse duos: nec patrem ostendere possum  
Presentemq; malis adhibere, nec audeo nomen  
Implorare patris: quia dicitur huius, & ipse  
Criminis esse reus; nec enim satis esse parentem  
Orbatum geminis, si non orbetur & vno  
Qui supereft; natiq; rogi imponitur insons  
Ergo care pater & propter me morieris  
Et tecum, viteq; mihi tu causa fuisti  
Qui tibi mortis ero: rumpo tibi fila: tuumq;  
Filius extingo senium, cur ergo creabas  
Hoc in perniciem corpus tibi: nonne creatum  
Perdere debueras: non vt hos ex stirpe maligna  
Perciperes fructus: miserabilior ne senectus  
Sit patris: nati ne magis miseranda iuuentus  
Ambigitur, vernisq; adhuc venientibus annis  
De medio tollor; effecto sanguine patris  
Spiritus eripitur: quem si fortuna morari  
Vel modicum sineret in obeso corpore. iure  
Poscebat natura suo; sic fatur, & ecce  
Rex in consilium; ferro lucente caterua

## LIBER OCTAVVS

Stipatus rediit, tunc vero exterritus ille  
Supplicij: mortisq; metu: rurisq; gelato  
Corpore: lapsus humi labefacto languit ore  
Ceperat in proceres sententia serpere discors  
Ancipitiq; ducum nutabant murmure partes  
Censebant alij perimendum more venusto  
Parmenidem saxis, alij extorquere volebant  
Supplicio verum: quorum rex dicta sequutus  
Aptari tormenta iubet: tortoribus ergo  
Exceptis manibus: in conspectuq; philotq;  
Seuitiē misero genus omne parantibus. ille  
Non opus est inquit: proceres grauiore flagello  
Confiteor volui. sed cum grauioribus illum  
Afficerent poenis: cum iam lacer ossibus ictus  
Exciperet nudis, nec iam superesset in illo  
Vulneribus locus: exposuit tandem capitales  
Insidias: Seriemq; rei facinusq;. sed anceps  
Coniectura fuit: an tanta enormia de se  
Confessus fuerit, vt se cruciamine longo  
Excipiens celeri finiret morte dolores.

O quam difficile visu: sors prouehit actus  
Lubrica mortales, & quos ascendere fecit  
Quam facile euerit, magno fortuna labore  
Fecerat excelsum media de plebe Philotam  
Princeps militie factus, ductorq; cohortis  
Parmenione satus: modico post tempore lapsus  
Scandere dum querit: fato damnatus: & exul

## ALEXANDREIDOS

Obruitur saxis: certat simul omnis in vnum  
Voluere saxa manus: cuius manus ante mouendi  
Castra dabant signum: quam friuola gloria mundi  
Quam rerum fugitiuus honor: quam nomen inane  
Prelatus: qui preesse cupit: prodeesse recusat

Sex vbi consumpti post tristia fata Philo<sup>g</sup>  
Preteriere dies: propero rapit agmina cursu  
In Bessum Macedo, nec destitit ille laborum  
Prodigus & patiens fatalis malleus orbis  
Donec ab eoo monstrum implacabile tractu  
Abstrahitur vincitus: presentaturq; furenti  
Bessus Alexandro: penitus velamine dempto  
Nudus & inserta pedibus colloq; cathena  
Quem rex intuitus flammato lumine cuius  
Besse fere rabies: vel que subiicit herinis  
Tam tibi grande nephas, ut promeritum tibi regem  
Vincire auderes: regnique cupidine vitam  
Et patris & domini violento claudere ferro  
Hecait, & fratrem Darij quem corporis inter  
Custodes primum terrarum euersor habebat  
Acciuit, vincitumq; pedes & brachia bessum  
Tradidit, ille sacram longis cruciatibus illi  
Eripiens animam, stygias ad sacra sorores  
Conuocat, & placat fraternos sanguine manes  
Affixumq; cruci iubet ire ad tartara Bessum  
Exitus hic Bessi: qui cum descendere tentat  
Labitur, imperium dum querit & imperat in se

## LIBER OCTAVVS

Regreditur domini ponens insignia seruus  
At macedo dudum sitienti pectore regnum  
Affectans Scitię: pardis velocius agmen  
Ad thanaym transffert: qui vasto gurgite bracta  
A regno Scitię dirimit: qui terminus idem  
Europam medijs: asyamq; interfluit vndis  
Gens ea samarię pars est: si prisca meretur  
Fama fidem: montes & inhospita lustra ferarum  
Pro thalamis domibusq; colunt: questumq; perosi  
Contentiq; cibis quos dat natura: beatam  
Ambitione sacra nolunt corrumpere vitam  
Dumq; super Thanaim metatus castra pararet  
Nauigium macedo: fluuium quo sole sequenti  
Transcursurus erat: Scithicis bellator in horis  
Ecce peregrino macedum tentoria cultu  
Horrida quadrupedum bisdeni terga prementes  
Intrauere viri: regi mandata ferentes  
Quorum qui reliquis fuerat maturior euo  
Intuitus regem, cupido si corpus haberet  
Par animo dixit mentiq; immensa petenti  
Vel si quanta cupis tantum tibi corporis esset  
Non tibi sufficeret cupiendus maximus orbis  
Et tua mundanas mensura excederet horas  
Ortum dextra manus: occasum leua teneret  
Nec contentus eo: scrutari & querere votis  
Omnibus arderes: vbi se mirabile lumen  
Conderet: & solis auderes scandere currus

## ALEXANDREIDOS

Et vaga depulso moderati lumina phēbo  
Sic quoq; multa cupis quē non capis; orbe subacto  
Cum genus humanum superaueris; arma cruentus  
Arboribus quascunq; feras & saxa mouebis  
Montanasq; niues: scopolisq; latentia monstra  
Non intacta sines. sed & ipsa carentia sensu  
Cogentur sentire tuos elementa furores  
An nescis longo quod prouocat ethera ramo  
Arboreum robur; firma radice superbūm  
Quodq; diu creuit vna extirparier hora  
Stultus qui fructum cum colligit arboris altum  
Non vult metiri; videas sublimē cacumen  
Prendere dum tendis; postquam comprenderis illud  
Cum ramis ne forte cadas. auium fuit esca  
Paruarum quandoq; leo rex ante ferarum  
Ferrum cuncta domans; atq; omni durius ere  
Consumit rubigo vorax sub cardine mundi  
Tam summum nihil est; cum non metus esse ruīng  
Possit ab inualido; quis non dum nauigat orbem  
Debeat occursum mortisq; timere procellam  
Quid nobis tecum non infestauimus armis  
Attigimusq; tuam facturi prælia terram  
Quis sis & vnde trahas genus ad quid missus & vnd.  
Ignorare Scitis liceat; fugientibus arma  
Et strepitus hominum; nemorumq; colentibus antra  
Libera gens Scithiq; nil appetit; ulterius q;  
Prima parens natura dedit; de munere cuius

## LIBER OCTAVVS

Non cuiquam seruire potest, nec (vt imperet) optat  
Esse sui iuris hominem sua sec̄ tueri  
Contentumq; esse suis, alienum nolle beatum  
Efficiunt; igitur si quid quesiuferis vltra  
Excedunt tua vota modum; finemq; beatitudo  
Ne tamen ignores mores gentesq; Scitarum  
Sunt armenta scitis vomer: ciphus: hasta: sagitta  
Vt timur his rebus, & amicos inter & hostes  
Dij s vīnum in sacris pathera libamus; amicis  
Parta labore boum largimur farra, sagitta  
Eminus obruimus inimicos; cominus hasta  
Quæ te terra capit: quid sufficiet tibi: Lydos  
Cappadoces Syriam domuisti; Persida Medos  
Bracta subegisti; nunc tendis victor ad Indos  
Proh pudor ad pecudes nostras extendis auaras  
Instabilesq; manus, & cum tibi regna ministrent  
Omnes diuitias tibi pauper inopsq; videris  
Quid tibi diuitijs opus est: quæ semper auaro  
Esuriem pariunt; quanto tibi plura parasti  
Tanto plura sitis; & habendis acrius ardes  
Sicq; famem saties defectum copia nutrit  
Succurrit ne tibi quam longo tempore Bracta  
Te teneant, populum hunc dum subiçis ille rebellat  
Nascitur ex bello victoria, rursus ab illa  
Surgunt bella tibi; Thanaim transibis ut hostis  
Inuenias; Scitiamq; tibi quæ libera semper  
Subiçias, sed nostra tuis velocior alis

## ALEXANDREIDOS

Paupertas: totius opes exercitus orbis  
Et predam vehit ille tuus; nos pauca trahentes  
Vnde magis celeres parili leuitate fugamus  
Et fugimus: cum vero Scitias procul esse remotas  
A te credideris intra tua castra videbis  
Cuncti capi faciles captos ve putaueris hostes  
Elapsi fugient: rapido velocius Euro  
Nulla Scitas inopes opulentia/ nulla cupido  
Allicit: hoc hominum genus opida spernit & vrbes  
Et deserta colit: humani nescia cultus  
Proinde manu pressa: digitisq; tenere recurvis  
Fortunam memor esto tuam: quia lubrica semper  
Et leuis est, nunquam potest inuita teneri  
Consilium ergo salubre sequens quod temporis offert  
Gratia presentis: dum prospera luditur a te  
Alea: dum celeris fortune munera nondum  
Accusas: impone modum fœlicibus armis  
Ne rota forte tuos euertat versa labores  
Nostri fortunam pedibus dixere carentem  
Pennataq; manus: & habentem brachia pingunt  
Ergo manus si forte tibi porrexerit: alas  
Corripe: ne rapidis quando volet: aduolet alis  
Deniq; si deus es / mortalibus esse benignus  
Et dare que tua sunt: non que sua demere debes  
Si similis nobis homo: te debes reminisci  
Semper id esse quod es: stultumq; est horum reminisci  
Ex quibus ipse qui es oblitus: habebis amicos

## LIBER OCTAVVS

Bella quibus non intuleris; firmissimus inter  
Equales interq; pares est nodus amoris  
Equales sunt siue pares: qui nec sibi cedunt  
Nec se se excedunt: hi sunt qui nulla cruent  
Viribus inter se fecere pericula martis  
Esse tibi caue ne credas quos vincis amicos  
Ante feret stellas tellus: septemq; triones  
Abluet oceanus, & siccum piscis amabit  
Quam serui ad dominum sit veri nexus amoris  
Inter eos nulla est concordia: nam licet extra  
Pax pretendatur odio configitur intus  
Pacem vultus habet: agitant precordia bellum  
Sic ait, at macedo nihilominus agmine facto  
Arma scitis inferre parat: multoq; labore  
Flumine transmesso collatis viribus hostem  
Trajicit, & tandem sed non sine cede suorum  
Imperio macedum Scytiā seruire coegit  
Qualis in alpinis: annoso robore saxis  
Astra petens abies: multosq; inflexa per annos  
Afflatus euri: zephyrum contempsit & austrum  
Quam si forte suo boreq; de more fatiget  
Spiritus. & toto tundat simul aera nisu:  
Nil illi ramī veteres: nil horrida musco  
Robora proficiunt sua, quid minus obruta vento  
Corruat, & prono tellurem vertice pulset  
Sic licet Assyrios Medorum & Persidis artia  
Fregissent, tamen ut Boreq; glatalibus alis

q

## ALEXANDREIDOS

Ocio occubuit & acerbior, ille cruentus  
Terrarum gladius; fatorum publica pestis  
Magnus Alexander confractis viribus; illi  
Succubuere Scite superos & fata sequuti

Hunc vbi vicinas dispersit fama triumphum  
Garrula per gentes, exemplo corda pauorem  
Hauserunt subitum; totusq; perhorruit orbis  
Et matutino que sunt loca subdita phœbo  
Quippe Scitas duris; in fractos aurea bellis  
Audierant nuper macedum ditione subactos  
Non animi virtute pares: non viribus equos  
Credebant aliquos mundo superesse potentes  
Cum cecidisse Scitas inuictos ante viderent  
Vnde iugum macedum multi subiere volentes  
Non minus arma ducis homines mouere; suoq;  
Subiiciere iugo: quam quod clementer agebat  
Conuictis, & enim quos magnus robore vicit  
Vinxit amore sibi; nec durus eis nec amarus  
Exactor; captos precibus gratisq; remisit  
Absolutq; reos, vt facto ostenderet isto  
Senon exire stimulis cum gente feroci  
Sed de virtutum motu certamen iniisse,

**T**Finis liber Septimus.

**Q**Sequitur Argumentum  
Noni Libri.

## LIBER NONVS

Nono magnus collatis viribus Ins  
dos  
Turbidus aggreditur; sed fata deosq;  
moratur (orum  
Armi potes Porus; speciali flenda du  
Mors iuuenum. planctu partem turbauit vtramq;  
Magnus ut hostilem tenuit cum milite ripam  
Concurrere acies: sed fracto deniq; Poro  
Franguntur rei qui cum toto oriente tyranni  
Saltus Alexandri mirabilis agmina graium  
Seditione mouet; mirabiliusq; stupende  
Propositum mentis: noua mittit in arma cohortes

### ¶Liber Nonus:

**U**ltima terribiles macedum sensura tumultus  
India restabat; multo sudore domanda  
Et graibus bellis quam dum petit ille deorum  
Emulus in terris; Clytus Emolaus & eius  
Doctor Aristoteli preter quem nemo secundus  
Extremum clausere diem; documenta futuris  
Certa relinquentes; etenim testatur eorum  
Finis amicitias regum non esse perennes,  
India tota fere nascenti subdita Phoebo  
Eoum spectat audaci vertice tractum  
Et qua parte situm Iybies despectat & austrum  
Altius erigitur tellus: & in ethera tendit  
Cetera plana iacent; vbi magni nominis a se  
Caucasus emicuit rapidis occursibus amnes

q ij

## ALEXANDREIDOS

Sed reliquis a quo sortita est India nomen  
Indus frigidior; australi parte iugosus  
Montibus inuehitur; directo gurgite ganges  
Totius fluuijs orientis maior vterq;  
Turbidus extensis rubrum mare verberat vndis  
Robora multa solo radicitus eruta magna  
Absorbet cum parte soli; si fortibus vndis  
Molle solum reperit; stagnat tellusq; fluentum  
Insula facta bibit; intercipit in mare Ganges  
Decursurum Achesim; magnus occurrit vterq;  
Motibus, & rapido inter eos colliditur estu  
Præterea volucrī famē si creditur; aurum  
Illa fluenta vehunt gemmasq; & cetera; quę sunt  
Ulterius solito nostris preciosa dīebus  
Gentibus eōis hinc est opulentia: namq;  
Hijs vbi vulgauit dicatos mercibus Indos  
Fama loquax; toto celeris concurrit ab orbe  
Natio: ridentes gemmas emptura rubentis  
Purgamenta freti; quę parui ponderis in se  
Sola sibi fecit hominūm preciosa libido  
Ergo vbi Pelleum prolem Iouis omnia mundi  
Regna flagellantem Macedum virtute suisq;  
Finibus appulsum stupefactis auribus Indi  
Accepere duces; coeunt formidine mersa  
Muneribus placare deum; traduntq; refectas  
Diuicijs vrbes, sed in illis maximus horis  
Solus Alexandro magno conamine porus

## LIBER NONVS

Obuius ire parat, veluti cum parte reuulsa  
Alpini lateris ruit alta per ardua rupes  
Obuia confringens sinuoso turbine saxa  
Si vero stygios penetrans radice recursus  
Instar ei montis occurrit Saxeia moles  
Fit fragor, & magnis confligunt viribus ambo

Audit Alexander armato milite Porum  
Indorum fines: regnicq; extrema tuentem  
Armorum speciem toto pretendere nisu  
Oblatamq; sibi: poro mediante triumphi  
Affore materiam gaudens: rapit agmina cursu  
Precipiit: rapidumq; petit festinus ydaspen  
Cuius disponens acies in margine ripq;  
Vlterioris erat: collecto robore porus  
Maior & horridior ceteris elephantibus: ipsum  
Belua terribilis immensa mole vehebat  
Humanicq; modum transgressum corporis auro  
Arma tegunt regem: niueo distincta metallo  
Par animus membris: & quanto corpore cunctos  
Excedit, tanto est reliquis prestantior Indis  
Terruerat grecos non tantum turbidus hostis  
Sed vehemens fluuij rate traicienda vorago  
Instar erat maris vndisoni speciesq; profundi  
Quatuor in latum stadijs diffusus ydaspes  
Alueus altus erat: nusquam vada: transitus ergo  
Nauigio querendus erat, sed barbarus hostis  
Stabat ab opposito: qui tela similima nimbo

q iij

## ALEXANDREIDOS

In medium spargens facta statione cupita  
De facilis poterat naues euertere ripa.

Fluminis in medio: terre radicibus herens  
Insula multa fuit quo vecta natantibus vlnis  
Arma ferens ibat ab utraque cohorte iuuentus  
Expertura suas paruo certamine vires  
Exercebat enim modice discrimine sortis  
Qui grauis instabat summi preludia casus  
In castris macedum res non indigna relatu  
Corporibus similes, animisque fuere Nichanor  
Et Symachus: quos una dies: si creditur una  
Ediderat terris; par militique labor: ambos  
Parque ligabat amor; belli discrimen inibant  
In lucro damnoque pares; si saxa rotare  
Tormento iussi: si claudere mgenibus hostem  
Frangere si muros: iunctis vmbonibus ibant  
Si frumentatum missi: si cingere fossis  
Obsessos; hostem noctu si fallere: siue  
Excubij operam dare: si explorare latentes  
Vallibus insidias; quecunque pericula; bellum  
Obiecisset eis: dubie mollimina sortis  
Corporis atque animi: socia paritate ferebant  
Horum ergo animos virides animante iuuenta  
Nescio quid magnum: conceptum pectore tandem  
Effutire parant primusque: vides ne Nichanor  
Acer ait Symachus: quam fluminis obice parui  
Hocreat: & nutet inuicti gloria regis

## LIBER NONVS.

Audendum est aliquid; quod nos de marginē rīpe  
Hostibus expulsis nostra virtute coronet  
Victrici lauro; vel si quid fata minentur  
Induat ēterna nudatos corpore fama

Vix ea cum rapto sermone: Nichanor & ipse  
Hocego mente diu tacita dījs testibus inquit  
Concepi, sed iam mora nulla feramur in hostes  
Contenti leuibus armis; nec plura loquuti  
Accincti gladijs rapidos mittuntur in amnes  
Lancea pone natat, ducibüs coniungitur istis  
Multā manus fluuiō, quos ut vicina recepit  
Insula; confusis resonat clamoribus ether  
Nam prēdicta frequens loca iam possiderat hostis  
Fit grauis occursus Indorum; grandinis instar  
Tela volant; multasq; ferunt per inania mortes  
At Symachus quis forte prior transuenerat hostes  
Educto mucrone petit; sociusq; Nichanor  
Multo contendit vestire cadavere terram  
Iamq; satis factum gladijs; iam tela rudebant  
Martia purpureis distincto flumine guttis  
Iam poterant iuuenes merita cum laude reuerti  
Sed nullō contenta modo temeraria virtus

Dumq; triumphatis insultant hostibus; ecce  
Occulte subeunt plures morientibus Indi  
Hic dolor hic planctus graium macedumq; ruine  
Sternitur andromachus; regum generosa propago  
Occumbunt clari titulis ter quinq; quirites

## ALEXANDREIDOS

Quos longo gemuit erectos grēcia luctus  
Soli restabant animo non sanguine fratres  
Graiugenę: vitę socij: mortisq; future  
Quos vbi telorum pressit circumfluus ymber  
Mentibus attonitis hesere: quid esset agendum  
Nam neq; tela viris: neq; lancea quippe minutim  
Vtraq; fracta iacent: igitur que sola supersunt  
Arma mouent gladios: raptimq; feruntur in hostes  
Sed reprimunt gressus: teneris herentia membris  
Spicula: nec martis opus exercere dabatur  
Cominus, ergo viri quia iam suprema minari  
Fata vident: orant: vt premoriatur vterq;  
Occumbatq; prior: sociocq; superstite: cuius  
Cernere funus erat Iēto crudelius omni  
Obijciunt igitur sibi se: certantq; vicissim  
Alterius differre necem: dum se obijcit alter  
Dum tamen hic illum: dumq; illum protegit ille  
Ecce gyganteis abies excussa lacertis  
Aduolat, & medijs conatis arctat vtrumq;  
Affigitq; solo, sic indiuisa iuuentus  
Cuspide nexa iacet, sed nec diuturnus in' ipsa  
Morte resedit amor, amplexus inter & inter  
Oscula descendit, moriensq; sua: socijç  
Morte perit dupliciti: resoluto corpore tandem  
Tendit ad Elysios augusto tramite campos  
Erexit Pori victoria visa suorum  
Indomitum pectus, nec desperare coqgit

LIBER NONVS *VERA*

Regum euersorem; contemptoremq; pericli

Omnis Alexandrum; Sed qua sibi transitus arce

Ad Porum pateat; tacito sub corde volutat

Attalus vnum erat; inter tot milia regi

Persimilis facie; referens & corpore magnum

Vestibus ornari rex imperialibus illum

Imperat; vt ripam teneat speciemq; videndi

Exhibeat Poro regem cessare nec esse

Vltra sollicitum; qua transitus arte paretur

At rex preter aquam; macedum statione relicta

Longius abscessit; paucis vt falleret hostem

Contentus socijs; animosum numina magni

Propositum iuuere ducis; nam fusa per orbem

Inuoluit cecis nubes elementa tenebris

Tantaq; subiectas texit caligo cohortes

Alter vt alterius vix nosceret ora loquentis

Hic nubes alijs terroris origo fuisse

Cum foret ignotum classis ducenda per eequor

Sed cum terreret alios obscurior aer

Confusus macedo; sua tanquam occasio noctem

Inducat; primam qua vectabatur in vndas

Imperat expelli; subducto remige; classem

Nec mora certatim flumio commissa quiritum

Turba ducem sequitur; ripaq; appulsa carenti

Hostibus arma capit; armata feruntur in hostem.

Porus adhuc aliam quam ceperat ante tueri

Spectabat ripam; qua regis veste coruscans

## ALEXANDREIDOS

Attalus astabat; cum Poro nuncius affert  
Rectorem macedum & rerum discrīmen adesse

Mox ubi lucidior excusſit nubila mundus

Atq; aduersa phalanx Phœbo percussa reluxit  
Extemplo vīsis equitum bīs milia bīna

Hostibus obiēcit Porus; centumq; cruentis  
Plaustra refecta viris; qui tela ſimilima nimbo

Late ſpargentes gemitus mortemq; pluebant  
Sed quia perfusi terram violentia nimbi

Mollierat, nec erat equitabilis area campi

Mole graui currus molli tellure lutoq;

Herebant, & erat minus vtilis vſus equorum

Econtra macedo ſolita leuitate per Indos

Strenuus inuehitur; ſequitur leuis ala ruentem

Atq; exerta manus; oritur confusio vocum

Et lituum clangor. sed ab illa tympana parte

Castigata ſonant; feruent hinc inde ruentes

In mortem cunei mortalia fila forores

Sufficient vix nere due que tertia rumpit.

Primus Alexandro laxis occurrere frenis

Ausus anhelantem; ſtimulis elephanta fatigans

Oppetit Onachides; haſta confoſſus Yulchon

Perq; tot obiectos; inuictus & impiger hostes

Ad Porum molitur iter mauortius heros

Quem velut extentam ſubiectis mœnibus artem

Vt procul aſpexit; elephantis terga prementem

Inueni tandem dignumq; ſtupore: meoq;

## LIBER NONVS

Par animo discrimen ait, res ecce getenda  
Cum monstribz mīhi; cumqz viris illustribz vna  
Dixit. & in leuum torquet vestigia cornu  
Qua grauior bellī Poro bellante tumultus  
Aera vexabat. sequitur bellator Ariston  
Polidamasqz sui. ruit ictus Aristonis ense  
Rubricus; & proprio rubricauit sanguine terram  
Polidamanta ratus prolixo euertere conto  
Condacheus; volucrī preuentus arundine Glauci  
Oppetit. & terre moriens immurmurat vdē  
Iamqz argiuā phalanx medium prorūperat agmen  
Indorum; & primis labefactis viribus. inde  
Nutabant acies; tum Porus in agmen equestre  
Iussit agi magnis elephantes turribus equos  
Sed tardum hoc animal; ac pene immobile gressu  
Nec volucres cursus equare valebat equorum  
Ergo manus macedum; leuis occurrebat; & hoste  
Percusso; refugis ictus vitabat habenis  
Sed necqz barbaricis martem exercere sagitta  
Fas est; arcus enim grauis atqz ingens; nisi primo  
Expiimeretur humo; nisi curuaretur ab imo  
Non poterat flecti; iamqz aspernantibus Indis  
Imperium Porī; quod fit titubantibus alis  
Cum ducis imperio metus acrior imperat. illi  
Extenuare aciem; turmas hiij iungere rursus  
Stare iubent alij; nec erat de milibz vnuis  
In medium qui consuleret; tamen agmine Porus

## ALEXANDREIDOS

Disposito, rursus dispersa recolligit arma  
Terribilesc̄ oculis elephantes obicit hosti  
Nec minimum grais monstra iniçere timorem  
Nec solum barritus equos, sed & horrifer aures  
Mouerat humanas; tremulusq; expauerat aer  
Et iam terrificus turbauerat agmina laxis  
Ordinibus stridor, & iam mandare parabant  
Terga fuge: modo victores: cum magnus inertes  
Corripiens macedum cuneos: equites agrianos  
Et Trachas in monstra iubet conuertere gressus  
Extemplo redeunt animi: positoq; timore  
Mortis: in aduerso creuit certamine virtus  
Exhaurit pharetram manus: & letalis harundo  
Non sine morte volans, homines & monstra cruentat  
Dumq; audi quidam nimis incautiq; sequuntur  
Obtriti pedibus elephantum certa relinquunt  
Defuncti documenta suis: ut partius instent:  
Anceps pugna diu macedum fuit: haud sine multi  
Sanguinis impensa: donec vibrare secures  
Cepere vnanimes: solidosq; pedes elephantum  
Informesq; manus: falcato cedere ferro  
Ergo fatigati faculis tandemq; cruentis  
Pressi vulneribus, uno simul impete vecti  
Vectoresq; ruunt: tunc vero exercitus amens  
Terga metu comitante dedit; Porumq; serentem  
Missilium nymbos: & ab alto culmine monstri  
Spicula fundentem: medio velut equore solum

## LIBER NONVS

Destituere sui, sed cum peteretur ab omni  
Parte laceritus hinc inde nouemq; fatiscens  
Vulneribus lacer; inspiciens auriga tyrannum  
Languentem membris stimulis elephanta fatigat  
Inq; fugam vertit; profugo par flum'nis instat  
Ira deim acedo sed dum fugat imbre cruento  
Telorum confossus obit; genibusq; caducis  
Rege magis posito quam fuso nobilis ille  
Procubuit Bucifal; qui tanto principe solo  
Solus erat dignus; cuius de nomine dictam  
Tempore sub paruo pelleus condidit urbem

Rex igitur dum mittat equum; Porumq; suosq;  
Tardius exequitur, sed frater Taxilis Indis  
Qui preerat, rex ipse quidem; sed deditus illi  
Quem regem mundo dederat fortuna monebat  
Solicite Porum fortunę vt cederet; vtq;  
Tam celebri tam propitio se dederet hosti  
At Porus quamq; marcescens corpore toto  
Defigeret sanguis, fato tamen auspice notam  
Excitus ad vocem, non tu proh deditus inquit  
Taxites frater; qui transfuga meq; suumq;  
Prodigit imperium; dixit, telumq; quod vnum  
Nondum corruerat manibus contorsit in hostem  
Quod medio iuuenis exceptum pectore tergum  
Rupit. & eterno sopiuit lumina somno  
Seq; fugę rufus commisit; sed fera multis  
Sautia vulneribus penitus defecit; eumq;

r iii

## LIBER NONVS

Hostibus obiecit peditem, magnoq; sequenti  
Qui ratus extinctum spoliare nobile corpus  
Imperat, at moris spoliantes cepit auaro  
Attentare elephas, rursusq; imponere dorso  
Seminecem: donec multis turgentia telis  
Interius pepulere foras v italia vitam

At rex ut Porum quem iam credebat auernis  
Immixtum populis erecto lumine vidit  
Attollentem oculos: odium clementia vicit  
Et quę Pore tuos inquit dementia sensus  
Ebria peruerit, ut cum tibi nota mearum  
Rerum fama foret; cur tanto perdite fastu  
Auderes mihi collatis occurrere signis.

At Porus quia queris ait: respondeo tanta  
Libertate tibi: quantam mihi magne dedisti  
Querendo prius, ante malum certaminis huius  
Nemo erat in terris quem posse resistere quemve  
Censerem mihi marte parem vel mente: meamq;  
Vim noram & meritum; nondum tua fata tuasq;  
Expertus vires: sed quam me fortior essem  
Euentus belli docuit; tibi vero secundus  
Non minimum videor felix mihi; nec tamen isto  
Attollas animum casu quia viceris ipse  
Exemplum tibi sum: qui cum fortissimus essem  
Fortius inueni: ne dixeris esse beatum  
Qui quo crescat habet; nisi quo decrescere possit  
Non habeat; satius est non ascendere quam post

## ALEXANDREIDOS

Ascensum regredi; melius non crescere quam post  
Auimentum minui; grauius torquentur auari  
Amissi memores; quam delectentur habendo  
Proinde tuī cursus frenum moderare caduca  
Sunt bona fortunę; stabilisq; ignara fauoris  
Miratur macedo fortunę turbine regem  
Infractum, victimę animum vīctoris habentem  
Ergo refrenata mutati pectoris ira  
Contra spem procerum curauit protinus egrum  
Curatum fouit; confirmatumq; benigne  
Inter amicorum cetus numerumq; recepit  
Largius exhibuit dilatauitq; prioris  
Imperij metas; tantoq; exceptus honore  
Est hostis quantum sibi vix sperasset amicus  
Postquam magnificus macedum vītricibus armis  
Succubuit Porus; succumbere nescius ante  
Elatus macedo cui vix cedentibus astris  
Prodiga tam celebreū dederat fortuna triumphum  
Quo mediante sibi fines orientis apertos  
Censebat laxis propere festinat habenis  
Orbis in extremas committere prælia gentes  
Oceanicę suis populos adiungere castris  
Ociōr ergo nothis; Indos extremaq; mundi  
Clymata subiçiens; populos regesq; pererrans  
Non minus humanis portenti inenibus infert  
Terrorisve minus nocturni fulgoris igne  
Quem sequitur fragor & fractę collisio nubis

r iiij

## ALEXANDREIDOS

Et vaga pallentem motura tonitrua mundum  
Mentem preteritę memorem terrentia culpe  
Ausa tamen fatis: macedumq; resistere famę  
Gens Sudracharum, valide se mēnibus vrbis  
Inclusit, dubio metuens se credere marti  
Aptari scalas iubet; & cunctantibus illis  
Primus in oppositum galeato vertice murum  
Evasit macedo; sed erat locus arctus; ut ipsum  
Vix caperet murus: sic ergo suprema tenebat  
Ut magis h̄ereret q̄ staret, cum tamen ille  
Mille citaretur iaculis ex turribus unus  
Nec macedum quisq; gradibus succedere posset  
Quippe ascendentes remouebat ab aggere missus  
Missilium turbo: tandem discrimina vimq;  
Telorum vincit pudor & confusio frontis  
Nam mora subsidiū poterat compellere lenti  
Dederet ut sese vel morti forte vel hosti  
Festinant igitur certatim ascendere vitę  
Pignore postposito, sed festinando morantur  
Auxilium: nam dum certant ascendere scalas  
Plus ornant: quibus effractis ruit omnis ab alto  
In se lapsa manus. & desperare coegerit  
Spem macedum magnus: quem solum stare videbat  
Tantq; in defectu fuerit desertus ab illis  
Iamq; manus clypeum qua contorquebat ad ictus  
Lassa minabatur defectum; iamq; monebant  
Clamantes socij celer ut resiliret; & ipsum

## LIBER NONVS

Exciperent: tum rex ausus mirabile dictu  
Atq; fide maius saltu se prepete dira  
Barbarie plenam precepis immisit in urbem  
Indignum reputans diuino stemate princeps  
Tot clarus titulis, si tergum ostenderet hosti  
Queritur an fortis facto; an temerarius isto  
Rex fuerit. sed si contraria iungere curas  
Et fortis fuit & facto temerarius isto  
Cunq; capi viuus posset perimi ve priusq;  
Surgeret. excuslit fortuna potenter vtruncq;  
Et miro miranda modo: protexit alumnum  
Sic etenim macedo corpus librauerat. vt se  
Exciperet pedibus: stans ergo laceſſere pugnam  
Ceptit. & a tergo ne posset ab hoste necari  
Magnipotens fortuna duci prouiderat ante  
Stabat enim laurus annoso stipite: tanquam  
Nata ducem macedum vetulis defendere ramis  
Huius vt applicuit trunco insuperabile corpus  
Vltio celestis: clypeum circumtulit: ictus  
Telorum excipiens. cunq; omnes eminus vnum  
Impeterent. propius accedere nemo: manum ve  
Conferre audebat. celeberrima fama verendi.  
Nominiſ: indomitum iam dilatata per orbem  
Pro duce pugnauit. & desperatio magna  
Virtutis. stimulus & honeste occasio mortis  
Sed clypeum iam missilium perfoderat ymber  
Fractaq; plangebat saxorum turbine cassis

## ALEXANDREIDOS

Lubrica succiderant genua, & labefacta laboris  
Pondere continui; vix sustentare valebant  
Exiguum corpus: quod cum spoliare pararent  
**Q**ui stabant proprius: hos sic mucrone recepit  
Magnus, vt ante ipsum vita fugiente iacerent  
Exanimes gemini: quorum sic terruit omnes  
Sudrachas obitus; vt nemo lacestere deinceps  
Cominus auderet collato robore magnum  
Ille tamen genibus exceptum corpus ad omnes  
Ictus expositum: non egre tygridis instar  
Ense tuebatur, donec per inane sagitta  
Accelerans: latus in dextrum scelus ausa cucurrit  
Cuius ad introitum crudo de vulnere tantum  
Sanguinis emicuit; vt rex tremefactus & amens  
Non posset telum nutanti vellere dextra  
Exangues igitur afflitti corporis artus  
Applicuit lauro moribundus. & arma remisit  
Accurrens alacer iaculum qui miserat Indus  
Exanimem credens regem spoliare parabat  
Quem simul ac sensit corpus regale prophana  
Attentare manu macedo: proh dedecus inquit  
Me ne ducem macedum nosti. nec plura loquutus  
Languentem reuocans animum: nudum latus hostis  
Subiecto mucrone fodit. iungitq; duobus  
Exanimem socijs: talem decet ire sub umbras  
Inquit Alexandrum: talis mihi nuncius esto  
Dixit. & vt moriens inuictus dimicet ante

## LIBER NONVS

Qz sacer in tenues; vanescat spiritus auras  
Se clypeo. & lauri ramis attollere tentat  
Sed neqz sic proferre potest venerabile corpus  
Poplite succiduo rursus procumbit: & hostem  
Prouocat, erecto si quis contingere ferro  
Audeat. & tantq spolium sibi tollere palme  
Tandem alia muri vestigia parte sequutus  
Pencestres; pulsis propugnatoribus vrbis  
Impiger irrumpens aditus & claustra reiecto  
Ense superuenit; tremulo quem lumine postqz  
Intuitus macedo; iam non solatia vite  
Sed mortis socium ratus aduenisse; teperenti  
Excēpit clypeo corpus; subit inde Tymeus  
Deinde Leunatus & Aristonius; omnibus isti  
Indis oppositi; regem defendere totis  
Viribus ardescunt, sed dum tot milia soli  
Reijcerent; cecidit preclara mente Tymeus  
Pancestresqz graui capitis discrimine lesus  
Deinde Leunatus armis iacuere remissis  
Ante pedes regis; iam spes in Aristone solo  
Vnica restabat, sed & ipse ruentibus Indis  
Sauius. haut poterat tantos inhibere furores  
Interea cecidisse ducem intra moenia rumor  
Pertulit ad grecos: alios tam dira timore  
Fregisset; sed eos animauit fama pericli  
Totius immemores; murum fregere dolabris  
Moliticqz aditum; spreto discrimine mortis

## ALEXANDREIDOS

Per murum fecere viam; perit obuia passim  
Turba cadit sine quo delectu sexus & etas  
Omnis Alexandro mortis seu vulneris actor  
Creditur; occurrit quicunq; nec improbus iram  
Deposuit gladius; donec superesse ruine  
Desist. & dextre ferienti defuit hostis

Nec mora concurrunt auidi curare iacentem  
Pelleum proceres; referuntq; in castra deorum  
Inuidiam, cuius nudato vulnere magnus  
Inter doctores medicq; Aristobolus artis  
Comperit hamata percussum cuspidem regem  
Nec posse educi; nisi vulnus docta secando  
Augeret manus & ferrum; multumq; cruentis  
Ne traheret fluxum cuspis retracta trementi  
Mente verebatur; igitur cum fata videret  
Si male curaret regem; sibi triste minari  
Inq; suum redditura caput mala; pectore stabat  
Attonito; quem rex stupidum ut percepit amictu  
Siccantem lachrimas; & captum mente, quid inquit  
Expectas. cum sit hoc insanabile vulnus  
Me saltem lento moriturum absoluere Ieto  
Cuncq; mihi possis celeri succurrere morte  
An metuis, ne sis fati reus huius, at ille  
Sive nihil metuens sibi tandem; sive timorem  
Dissimulans, supplex orauit; ut ipse tenendum  
Preberet corpus telum velleret hamos  
**Q**ui ppe leuem motum quantumlibet affore vite

## LIBER NONVS

Non leue discrimen; non est ait, ille decorum  
Vinciri regem aristobole siue teneri  
Libera sit regis & semper salua potestas  
Sic ait; & quod vix auderes credere; corpus  
Prebuit immotum nec vultus signa doloris  
Contraxit rugas; sed abacta cuspidē; postquam  
Largior emicuit patefacto vulnere sanguis  
Suffudit caligo oculos; animumq; labantem  
Suspedit tantus dolor; vt moribundus ab ipsis  
Qui circumstabant; vix susciperetur amicis  
Quod simul acceptum est; oritur per castra tumultus  
Flebilis; & macedum ruīt in lamenta iuuentus  
Confessi se omnes vnius vivere vita  
Nec prius obticuit clamor; quam pollice docto  
Restrinxit fluxum medicis Aristobolus herbis  
Tunc demum somno licuit succumbere magnum  
Tunc demum accepta regis per castra salute  
Exule mesticia, turmas statuere per omnes  
Prodiga leticie; positis solennia mensis  
Qualis in egeo Borea bachante profundo  
Exoritur clamor; cum fracta puppe magister  
Voluitur in medios immerso vertice fluctus  
Fit fragor, & similem timet vnuquisq; ruinam  
Seq; omnes anima periisse fatentur in vna  
Si tamen incolumem reuocare tenacibus vncis  
Et clauum reparare queant; sonat aura tumultu  
Leticie, & primum vincunt noua gaudia luctum

## ALEXANDREIDOS

Postq; pellei curando vulnere pauci  
Effluxere dies; cum nondum obducta cicatrix  
Posse videretur grauiorem gignere morbum  
Impatiens tamen ille more; parat arma reposit  
Gentibus oceani, & celeres inferre Sarissas  
Perdomitoq; sibi nascentis cardine phoebi  
Querere nescitum Nyli mortalibus ortum  
Regibus Indorum Poro; Abissariq; iuuante  
Taxile nauigij mandatur cura parandi  
Rumor hic attonitas impleuit militis aures  
Cunq; fatigati regisq; sueq; saluti  
Consulerent proceres, cuncti velut agmine facto  
Conuenere duces; quorum cratherus ad ipsum  
Vota precepq; ferens; tua regum maxime virtus  
Inquit, & esuries mentis cui maximus iste  
Non satis est orbis; quem proponunt sibi finem  
Vel quem sunt habitura modum; tua si tibi vilis  
Vt nunc est vel cara minus preciosa tuorum  
Sit saltem tibi magne salus; gens omnis in istos  
Conspiret iugulos; lateat sub classib; equor  
Cuncta venenatos acuant animalia dentes  
Quelibet occurrat ignoto belua vultu  
Omnibus obice nos terre pelagiq; periclis  
Dum modo te serues. dum tu tibi parcere cures  
Ad noua tendentes semper discrimina; quis nos  
Inuictos poterit totiens prestare, secund  
Res ita se prebent, vt nulli fas sit in uno

## LIBER NONVS

Semper stare gradu, sed quis spondere deorum  
Audeat hoc macedum diturnum te fore fidus  
Quis te precipitem per mundi lubrica possit  
Incoluimem seruare diu; cur te manifestis  
Casibus obicis; vt capias ignobile castrum  
Cum labor & merces equa sibilance coherent  
Et causis paribus respondent premia damnis  
Dulcior esse solet fructus; maiorq; secundis  
Rcbus, & aduersis maius solamen habendi  
Esto tidi deinceps; & nobis partior in te  
Obice nos cui vis portento; ignobile bellum  
Degeneres pugnas obscura pericula vita  
Gloria quanta libet vili sorde scit in hoste  
Indignum satis est; vt consummetur in illis  
Gloria vel virtus; vbi multo parta labore  
Ostendit nequeant: eadem Phtolomeus & omnis  
Concio cum lachrimis confusa voce perorat  
Non fuit eacide pietas ingrata suorum  
Atq; ita non minimum vobis obnoxius inquit  
Aut ingratus ero; non solum quod scio nostram  
Vos hodie proceres vestre preferre saluti  
Sed quod ab introitu regni vel origine belli  
Erga me nullum pietas opus vel amoris  
Pignus omisisti: verum non est mihi prorsus  
Mens ea que vobis; nec enim desistere ceptis  
Aut bellum finire volo: non me capit etas  
Sed neq; me spacio etatis vel legibus qui

## ALEXANDREIDOS

Metior; excedit qui mea gloria metas  
Nec sola est vestrum metiri qua volo regem  
Degeneres animi pectusq; ignobile: sumnum  
Credunt esse bonum diuturna viuere vita  
Sed mundi rex vnuus ego qui mille triumphos  
Non annos vite numero; vel munera recte  
Computo fortunę; vel si bene clara retractem  
Gesta, diu vixi; Trachas Asiamq; subeggi  
Proximus est mundi mihi finis; & absq; deorum  
Ut loquor inuidia nimis & angustus & orbis  
Et terre tractus domino non sufficit vni  
Quem tamen agressus postq; hunc subiecero mundū  
En alium vobis aperire sequentibus orbem  
Iam mihi constitui; nil insuperabile fortis  
Antipodium penetrare sinus; aliamq; videre  
Naturam accelero; mihi si tamen arma negatis  
Non possunt mihi deesse manus; vbi cunq; manebo  
In theatro mundi totius me reor esse  
Ignotosq; locos vulgusq; ignobile bellis  
Nobilabo meis; & quas natura remouit  
Gentibus occultas calcabitis hoc duce terra  
Hijs operam dare proposui; nec respuo claram  
Si fortuna velit & in his extinguere vitam  
Dixit. & ad naues socios inuitat, at illi  
Ducat eos quocunq; velit hortantur. & ecce  
Nauticus exoritur per fluminis hostia clamor.

¶ Finit liber Nonus.



### ¶ Argumentum.

Ceanū decimus audaci classe fatigat  
Infernū natura chaos; ciuesq; iehenne  
Conquestu monitisc; monet; redit e/  
quore Magnus

Oceanī domitor; mirandaq; pectore versans  
Occiduum bellis proponit frangere mundum  
Nauigiumq; parat, sed territus orbis in vnum  
Confluit, & misso veneratur: munere magnum  
Qui licet inuictus ferro mediante veneno  
Vincitur, & luteo resolutus carcere tandem  
Liber in ethereas vanescit spiritus auras

### ¶ Decimus Liber.

**S**ydereos vultus & amicum nauibus amnem  
Prebuerat Zephyrus, & iam statione soluta  
Longius appulerat acclivis nauita classem  
Ignarus quo tendat iter; vel quam procul absit  
Hactenus oceanī populis incognitus amnis  
Interea memorē recolens natura dolore  
Principis opprobrium; mundo commune; sibiq;  
**Q**ui nimiris angustum terrarum dixerat orbem  
Archanaq; suis partes aperire parabat  
Gentibus armatis; subito turbata verendos  
Canicie vultus hilenc; irata nouumq;  
Intermittit opus; & quas formare figuras  
Ceperat, & varijs animas infundere membris  
Turbida deseruit; velataq; nubis amictu

## ALEXANDREIDOS

Ad styga tendit iter; mundiq; archana secundi  
Quo se cunq; rapit cedunt elementa; suq;  
Insurgunt artifici; veneratur pendulus aer  
Numinis ingressum; terrę lasciuia vernis  
Floribus occurrit; solito mare blandius vndis  
Imperat, & timidi tenuere silentia fluctus  
Omnia naturam dedit; digne venerantur & orant  
Vt sata multiplicet fetusq; & semina rerum  
Augeat, infuso mixtoq; humore calori  
Illa suis grates referent seruare statutas  
Iussit, & in nullo naturę excedere metas  
Ad styga descendo: mihi prouisura meisq;  
Inquit. Alexandri quem terra fretumq; perhorret  
Euersura caput; nobis commune flagellum  
Dixit, & obscuros aperit telluris hyatus  
Tartareumq; subit declivi tramite lumen.  
Ante fores herebi; stygię sub mēnibus vrbis  
Liuentes habitant terrarum monstra sorores  
Inter quas antris aliarum mater opacis  
Abscondit loculos, & coctum mille caminis  
Faucibus infusum siccis ingutturat aurum  
Impleriq; nequit sitis insatiabilis ardor  
Subsannansq; alias cunctis supereminet vna  
Dedignata parem flagrante superbia luctu  
Mersa iacens ardente luto torquetur; & ardet  
Pube tenus; totis exhausta libido medullis  
Nauseat ebrietas; gula deliciosa ligurit

## LIBER DECIMVS

Et mendica suos consumit morsibus arcus

Immemor ira sui est; & quo rapit impetus illuc  
Ebria discurrit, & se sociosq; flagellat.

Proditioq; dolí comes; & detractio macri  
Filia liuoris: que cum bene facta negare  
Non possit: quocunq; modo peruertere tentat  
Et minuit laudes quas non abscondere fas est

Has colit hypocrisis marcenti liuida vultu  
Sedes; & summus hodie processus in aula  
Pestis adulandi; bibulis studiosa potentum  
Auribus instillans animi q; letale venenum  
Huic aule vicio tanta est concessa potestas  
Vt rerum dominis humanas subtrahat aures

Has vbi preteriens obliquo lumine vidit  
Rerum prima parens; vrbis se moenibus infert  
Qua videt eternas animas ardere caminis

Est locus extremum baratri deuexus in antrum  
Perpetua fornace calens; vbi crimina punit  
Et fontes animas; vtricis flamma gehenne  
Et licet vnuus eas; atq; idem torqueat ignis  
Non tamen infligunt equas incendia penas  
Omnibus, hñ lenius torquentur; segnius illi  
Sic se conformat meritis cuiusq; gehenna  
Vt qui deliquit leuius; leuioribus ille  
Subiaceat penitus; & qui grauiore reatu  
Excessit grauius; grauiorem sentiat ignem

Sunt quibus excepta primi leuitate parentis

s ij

## ALEXANDREIDOS

Nulla fuit vitę contagio vel venialis  
His nihil aut modicum pene; vapor igneus infert  
Sicut in ęstiuo cum tempore noxius egros  
Syrius exurit; sub eodem lumine dolis  
Sanus lasciuit cruciatur & ęstuat ęger  
Illuc perpetue miscens incendia mortis  
Leviathan medię stans in fornace baratri  
Vt procul inspexit numen; fornace relicta  
Tendit eo; sed eam ne terreat ora colubri  
Ponit. & in primam redit assumitq; figuram  
Quam dederat natura creans; cum sydere solis  
Clarior intumuit; tantumq; superbia mentem  
Extulit, vt summum partiri vellet olympum

Quo dea conspecto scelerum pater inquit & vltor  
Quem matutini superantem lumine vultum  
Luciferi; tumor etherea deięcit ab arce  
Ad te confugio tandem miserabilis ad te  
Quem ne nulla tibi perdenti sydera sedes  
Eset, in hac saltem terrarum sede recepi  
Ad te communes hominumq; deumq; querelas  
Affero, scis etenim quantis elementa fatiget  
Motibus armipotens macedo; qui classe subacto  
Equore Panphilico Darium ter vicit, & omnem  
Confringens Asiam; Porum seruire coggit  
Indomitum bellis; nec eo contentus Eoas  
Vestigat latebras, & nunc vesanus in ipsum  
Fulminat oceanum; cuius si fata secundis

## LIBER DECIMVS

Vela regant ventis; caput īdagare remotum  
A mundo Nylī, & paradisum cingere facta  
Obsidione parat, & nī tibi caueris istud  
Non sinet intactum chaos: Antipodumq; recessus  
Alteriusq; volet naturę cernere solem

Ergo age communem nobis vlciscere pestem  
Quę tua laus coluber: vel quę tua gloria primum  
Eiecisse hominēm, si tam venerabilis ortus  
Cedat Alexandro; nec plura loquuta recessit  
Ille sequutus eam dictis, promisit in omnes  
Euentus operam: nec se desistere donec  
Infernī latebris mergatur publicus hostis

Nec mora rugitu tenebrosam concutit urbem  
Consiliumq; vocat; iacet īueterata malorum  
Planicies durata gelu niue saucia cuius  
Nec sol indomitum; nec mitigat aura rigorem

Hic fontes anime passim per plana tacentes  
Mortis īaudite torquentur agone; quibus mors  
Est; non posse mori: quia quorum hic mortua vita  
In culpa fuerit: ibi viuet semper eorum  
Mors in supplicijs; vt qui hic delinquere viuus  
Non cessat; finem moriendi nesciat illic  
Astrictus glacie niuium de frigore transit  
Ad prunas; o supplicium miserabile semper  
Et nunq; moritur; quem carcer torquet auerni

Hic vbi collecti satrapę stygis & tenebrarum  
Consedere duces; tria sibila gutture rauco

s. iiij.

## ALEXANDREIDOS

Edidit antiquus serpens; quibus omne repressit  
Murmur, & infernis indicta silentia penitus  
Vmbrarumq; graues iubet obmutescere planctus  
Ergo ubi compressit gemitus a pectore surgens  
In medium: mandata deę proponit & addit  
Nam quis erit modus o socij; que meta flagelli  
Huius: ait: quo cuncta tremunt prolixior illi  
Si mora pro libito frangendum indulserit orbem  
Ecce sed id taceo: rupto parat obice terrę  
Tartareum penetrare chaos; belloq; subactis  
Vmbrarum dominis captiuos ducere manes  
Est tamen in fatis quod abominor affore tempus  
Quo nouus in terris quidam partus nouitate  
Nescio quid nascetur homo: qui carceris huius  
Ferrea subuersis confringet claustra columnis  
Vasaq; diripiens: & fortia fortior arma  
Nostra triumphali populabitur atria ligno  
Proinde duces mortis nascenti occurrite morbo  
Et regi macedum: ne forte sit ille futurus  
Infernī domitor: Ieto precludite vitam  
Vix ea ructarat: cum blando subdola vultu  
Proditio surgens: labor iste brevissimus inquit  
Est mihi mortiferum super omnia toxica virus  
Quod nec testa capit: nec fusilis olla metalli  
Nec vitri species/ nec vas aliud nisi solum  
Vngula cornipedis: dabitur liquor iste falerno  
Mixtus Alexandro: presto est occasio dandi

## LIBER DECIMVS

Nam meus Antípater macedum p̄fectus ab ipsis  
Cunarum lachrimis p̄tendere doctus amorem  
Voce sed occultis odium celare medullis  
Ad regem ire parat Babylona; vocatus ab ipso  
Ut sub eo senium consumat, & aspera rursus  
Perferat emeritus castrensis tedia vīte

Hoc ego si dea sum; qua nulla potentior inter  
Noctigenas; si me vestram bene nostis alumnam  
Hoc mediante duci vírus letale datura  
Euehor ad superos; sic fatur; & omnis in illud  
Conclamat tenebrosa cohors; laudatur ab omni  
Prouida consilio; quia sic studiosa pararet  
In fractum bellis armato frangere potu

Nec mora proditio faciem mutata vetustam  
Emergit tenebris; Scitulumq; per aera pennis  
Veba venenatis thalamum tandem intrat alumni  
Quem satis instructum; blando sermone relinquent  
In chaos eternum; solitasq; reuertitur umbras  
Iamq; reluctantem Pelleus classe minaci  
Fregeret oceanum; iamq; indignantibus vndis  
Victor ab oceano Babylona redire parabat  
Constituebat enim miser ignarusq; futuri  
Dispositis rebus Asie transferre Sarissas  
Penorum in fines; & Numidiq; peragratis  
Finibus; hyspanas quibus Herculis esse columnas  
Fama loquebatur ultra descendere metas  
Occiduumq; sibi bello submittere solem

preflit  
plancius  
surgens  
dit  
angelli  
illi  
torbem  
cūis  
unes  
tempus  
nitate  
huius  
nnis  
no  
te morbo  
uit  
virus  
0

## ALEXANDREIDOS

Gentibus his domitis animi sitientis in arce  
Concipere audebat; post hęc transcendere montes  
Velle Pyreneos; armisq; domare rebelles  
Gallorum populos. Renumq; adiungere victis  
Tunc demum patriam macedumq; reuise fines  
Alpibus eiectis agitabat. & inter eundum  
Italiā seruire sibi Romamq; docere  
Grecorum portare iugum. pretoribus ergo  
Precepit Syrię faciendę querere classis  
Materiam. dolet aerias procumbere cedros  
Lybanus. & virides adiectas fluctibus alnos  
In classem cadit omne nemus; stupet ęthera tellus  
Arbores viduata comis; umbrasq; perenni  
Miranturq; nouum viduata cacumina solem

Quo tendit tua magna famē; quis finis habendi  
Querendi quis erit modus; aut quę meta laborum  
Nil agis o demens; licet omnia claueris vno  
Regna sub imperio. totumq; subegeris orbem  
Semper egenus eris; animum nullius egentem  
Non res sufficiunt; sed sufficientia quamuis  
Sic modici; si sufficiat; nullius egebis  
O facilem fallit; qui cum parat arma / paratur  
Eius in interitum; quod comprimat arma venenum  
Crescit auara sitis iuueni; sed potio tantam  
Comprimit vna sitim, nam proditor ipse scelestis  
Instructus monitis; ventis aduectus iniquis  
Venerat antipater Babylonem, vbi cum patricidis

## LIBER DECIMVS

Complicibusq; suis facinus tractabat acerbum  
Quis furor o superis? quid agis fortuna? tuum ne  
Protectum totiens perimi patieris artificum  
Si fati mutare ne quis decreta volentis  
Vt pereat macedo; saltem secreta reuela  
Carnificum, potes auctores conuertere, leti  
Et mortis mutare genus; conuerte venenum  
In gladium; satius & honestius occidet armis  
Is qui plus deliquit in hijs, sed forsitan armis  
Non potuere palam regem; quem vincere dirum  
Clam potuit virus, fuit ergo dignius illum  
Occultum sentire nephias; quam cedere ferro  
Vt tamen ante diem extremum quem fata parabant  
Omnia rex regum sibi subdita regna videret  
Fecit eum famę sonus; & fortuna monarcham  
Tantus enim terror & consternatio; gentes  
Inuasit reliquas; vt post domitos orientis  
Totius populos turbata medullitus omnis  
Natio contremeret; longeque remota paueret  
Insula fluctuago quecunq; includitur qstu  
Oblatis igitur cursum flexura tyranni  
Muneribus; toto peregrina cucurrit ab orbe  
In mare descendens plenis legatio velis  
Non dedignantur subdi Carthaginis arces  
Imperio magni, sed & affrica tota remoto  
Scribit Alexandro/ se seruire paratam  
Scribit idem solo terrore cohertia; quamuis

## ALEXANDREIDOS

Tuta situ; & multis pollens Hyspania bellis  
Totaqz terrificum misso dyademate, quod vix  
Credere sustineam: veneratur Gallia regem  
Mutescit Rechni rabies: positoqz furore  
Teuthonicus: mixto tendit Babylona Sycambro  
Nec minus Italiqz gentes seruire coactas  
Inuasit metus, & licet hinc natura niuosa  
Obiciat cautes: illinc maris obice tuta  
Continui maneant: tamen insuperabile magno  
Nil credens regis spontanea preuenit iram  
Muneribus sedare datis: Trinacria montes  
Infernoscz lacus proli seruire Philippi  
Imperat & scribit: sed quid moror omnis in vnum  
Natio concurrit: clarasqz Semiramis arces  
Equore vecta petit, legatos inde videres  
Effluere, & naues rerum speciebus onustas  
Quadrupedumqz greges: quo peruenisse loquacem  
Credere vix posses famz premobilis auram  
  
Magnus ut accepit quod confluxisset in vnum  
Ipsius operiens aduentum territus orbis  
Ardet adire locum martis, remisqz citata  
Classe semiramiam festinus tendit in urbem  
Non aliter procul inspecto grege tygris equorum  
Cuius fulmineas vrit sitis arida fauces  
Excutitur stimulante fame: viuumqz cruorem  
Immitis bibit; & laceros incorporat artus  
Qz si forte sequens occulto tramite purgat

## LIBER DECIMVS

Cuspidē venator plangit; fusoq; per herbam  
Immoritur sitiens; nec adhuc satiata cruento  
Iam sibi fatales Pelleus proh pudor arces  
Agmine quadrato stipatus inibat. & ecce  
Obuia mirifico splendebat turba paratu  
Occurrunt proceres quibus ut comitantibus urbem  
Arduus intravit; sumpsitq; insignia regni  
Legatos iubet admitti: positumq; monarcha  
Ascendens solium victo sibi victor ab orbe  
Munera missa capit; clypeum quem gallia gemmis  
Miserat intextum galeam Cartago Pyropo  
Desuper ardente, visumq; sitire cruentem  
Teutonicus gladium: spumantem Hispania labris  
Cornipedem vario distinctum membra colore  
Aureaq; attritis mandentem frena lupacis  
Tortilis argento digitis intexta Cyclopum  
Traditur a Siculo veniens lorica tyranno  
His tamen acceptis: quot mundi regna: tot illa  
Tradita designant regum dyademata regem  
Hic varię gentis cultus; hic plurima miris  
Purpura texta modis. hic quicquid vbiq; repertum  
Quod mentem alliciat: quod delectare tuendo  
Mortales oculos possit. genus omne metalli  
Et lapidum splendor. his ut breuius loquar; orbis  
Adduntur totius opes. quibus ille receptis  
Gratia diis inquit quorum mihi parta fauore  
Regna triumphante: quas nondum vidimus urbes

t ii

## ALEXANDREIDOS

Non minor a vobis debetur gratia celo  
Quod sine confictu bellorum: quod sine vestri  
Sanguinis impensa.macedum certamina nondum  
Cominus experti;nostrę cessistis habenę  
Cui si se Darius posito dyademate supplex  
Commisisset: eo regnorum in parte recepto  
Sensisset;nihil esse iugo mansuetius isto  
Porus in exemplo est:qua mansuetudine victis  
Prēsideam vīctor.ne dum parentibus vltro  
Quosq; iugum nostrum: vis nulla subire coegit  
Subiectos mihi mortales:ita viuere salua  
Libertate volo:vt iam non sit seruitus:immo  
Libertas seruire mihi:distinctio nulla  
Libertatis erit:inter quos nemo rebellis  
**H**ec vbi legatis breuiter conuersus ad illos  
Egregia quorum virtute subegerat orbem  
Vos quoq; victores:quorum labor arduus.inquit  
Egit:vt in nostro conspectu terra sileret  
Premia digna manent:dignissimus Hercule miles  
Hic:me rege:meus:& rex hic milite dignus  
Milite:quem nec hyems fregit glacialibus horis  
Nec medius Lybię torpentem reddidit estus  
India viderunt;macedum deserta caterę  
Hijs vestris manib; domitis lugentia monstris  
**Q**uid referam Dario triplicem viuente triumphum  
Mennona deletum:Poriq; & Taxilis arma  
**Q**uid loquar informes vobis cessisse gygantes

## LIBER DECIMVS

Nunc quia n̄l mundo peragendum restat in isto  
Ne tamen assuetus armorum langueat usus  
Eya; queramus alios sub sole iacentes  
Antipodum populos: ne gloria nostra relinquit  
Vel virtus quid inexpertum quo crescere possit  
Vel quo perpetui mereatur carminis odas  
Me duce; nulla meis tellus erit inuia; vincit  
Cuncta labor: nihil est inuestigabile fortis

Plures esse refert mundos doctrina prlorum  
Ve mihi qui nondum domui de pluribus vnum  
Scitis enim socij quia cum mihi miserit olim  
Roma per Emylium regni dyadema; mihiq;  
Scripserit ut regi opposita mihi fronte resumptis  
Cornibus; excedit corrupto federe pactum

Nunc igitur nostris ne pars vacet vlla triumphis  
Neue meis titulis desit perfectio: romam  
Imprimis delere placet; dedit h̄c; vbi soluit  
Consilium, proni curru iam deside phoebi

Iam maris vndisonis rota merserat ignea solem  
Fluctibus; & preceps confuderat omnia tetro  
Nox elementa globo; tenuit prodire volentes  
In lucem stellas; solito lugubrior aer  
Nocturnus; lunam nocticq; preeesse statuta  
Sydera, caligo suborta nubesq; repressit  
Illa nocte oculis cynosuram nauta requirens  
Nunc Elycen ventumq; mari submergere plaustrum  
Cum nusquam auderet sine sydere flectere cursus

t iii

## ALEXANDR EIDOS

In' medio iacuit prora fluitante profundo.  
Funus Alexandri; mortis presaga futurę  
Omnia lugebant moriturum fleuit olympus  
Quem modo nascentem signis portenderat istis  
De celo veri lapides cecidere; loquutus  
Agnus in egypto est: peperit gallina draconem  
Et nisi digna fide mentitur opinio vulgi  
Tecta patris culmenq; super gemine sibi toto  
Quo peperit regina die; velut agmine facto  
Confluxere aquile: tot presignatus ab ortu  
Prodigijs Macedo; superi quo criminē vestrum  
Demeruit vite tanta in breuitate fauorem  
Sed si mortali contentus honorę fuisset  
Si se gesisset humilem inter prospera. si sic  
Dulcia fortunę velut eius amara tulisset  
Forsitan & gladium: gladio crudelius omni  
Vitasset. fato sibi disponente venenum.  
Iam piger expleta flectebat nocte Boothes  
Emeritos currus: teneręq; infantia noctis  
Sopierat tenebras. sed nec tunc lucis in ortu  
Roscidus aurorę super herbam decidit humor  
Nec volucris cantu tremula sub fronde canora  
Preuenere diem. venturi p̄escia luctus  
Vocis amenigenę cytharam philomena repressit  
Luciferumq; ferunt primum cessisse diei  
Venturę. & reliquis nondum cedentibus astris  
Primus ad occidui versa vice litora ponti

## LIBER DECIMVS

Flexit iter pronus, hebetiq; relanguit ore  
Tunc demum licet inuitus quia fata morari  
Non poterant; tytan nabatheis extulit vndis  
Armatum radijs caput; & nisi prouida fati  
Obstaret series; toto conamine currus  
Velle minabatur flexo temone reuertit  
Siste gradum venerande parens & lucis & ignis  
Siste gradum; nisi luciferum conuerteris orbem  
Extinguet macedum tua phœbe lucerna lucernam  
Sed iam magnanimi fatalis venerat hora  
Rectoris mensura caput; nec fata sinebant  
Differri scelus vltorius mundiq; ruinam  
Eois redolens fulgebat odoribus aula  
Qua populus procerumq; sacer conuenerat ordo  
Cum quibus vt fando pars est consumpta dies  
Plurima, tunc demum cum donarentur opimis  
A duce muneribus ditari; vina ministris  
Circumferre iubet; & qui securus ab hoste  
In bella totiens hostilia fuderat arma  
Et pater & dominus cadit; & perit inter amicos  
Dirigit totum subita torpedine corpus  
Vixq; sui compos: demissio poplite lecto  
Redditur, exemplo ferali tota tumultu  
Regia discutitur; nec dum proferre dolorem  
In medium audebant; quia fortunq; medicinam  
Affore credebant; que semper adesse ruent  
Quoslibet in casus consueuerat; ergo ubi venas

c iiiij

## ALEXANDREIDOS

Inficit virus: & mortis certa propinque  
Signa dedit pulsus: media sibi iussit in aula  
Aptari lectum, quo postquam exercitus amens  
Conuenit, mixtoq; ducum manus inclita vulgo  
Vndantes lachrimis & arentes vnguibus ora  
Intuitus: quis cum terris excessero dixit  
Talibus inueniet dignum: iam sufficit orbem  
Terrarum rexisse mihi: satis axe sub isto  
Prospera succedit parentibus alea bellis  
Iam tēdere potest membris mortalibus istam  
Conscribi animam: consumpsi tempus & euum  
Deditus humanis: satis in mortalibus hęsi  
Hactenus hic: summū deinceps recturus olympum  
Ad maiora vocor: & me vocat arduus ęther  
Ut solium regni / & sedem sortitus in astris  
Cum ioue disponam rerum secreta breuesq;  
Euentus hominum / superumq; negotia tractem  
Rursus in ęthereas arces: superumq; cohortem  
Forsitan enhneos armat presumptio fratres  
Duraq; Typhoeo laxauit membra Pelorus  
Sub ioue decrepito superos & sidera credunt  
Posse capi ex facilis: rursusq; laceffere tentat  
Sed quia mars sine me belli discrimen abhorret  
Consilio iouis & superum licet ipse reluctet  
Inuitus trahor ad regnum: sic fatur: at illi  
Querere cum planctu: lachrimisq; fluentibus instant  
Quem velit heredem: mundiq; relinquere regem

## LIBER DECIMVS

Optimus inquit. & imperio dignissimus esto  
Rex vester; sed vox postq; non affuit. aurum  
Detractum dígito Perdice tradidit: vnde  
Presumpsero duces regem voluisse supremum  
In regem sibi Perdicam succedere summum  
Nec mora vitalis resolutum frigore corpus  
Destituit calor. & luteo de carcere tandem  
Spiritus erumpens: tenues exiuit in auras

Tum vero in luctum dolor est resolutus amarum  
Tum vires habuere suas lamenta: nec ultra  
Nobilis horrendos suppressit turba tumultus  
Non tantus ciet astra fragor: cum quatuor axem  
Stelliferum quatunt agitando tonitrua fratres

O felix mortale genus: si semper haberet  
Eternum pre mente bonum: finemq; timeret  
Qui tam nobilibus media q; plebe creatis  
Improuisus adest: animq; discriminé magno  
Dum queruntur opes: dum fallax gloria rerum  
Mortales oculos vanis cirumuolat alis  
Dū petimus profugos qui nunc venduntur honores  
Verrimus equoreos fluctus: vitamq; perosi  
Et merces & caput tumidis committimus vndis  
Cunq; per alpinas hyemes: turbamq; Iatronum  
Romuleos arces & auarę mēnīa Romę  
Cernere solliciti: si cursu forte beato  
Ad natale solum patriumq; reuertimur orbem  
Ecce repentine modiceq; occasio febris

## LIBER DECIMVS

Dissoluit toto quecunq; parauimus euo  
Magnus in exemplo cuī non suffecerat orbis  
Sufficit exciso defosso marmore terra  
**Q**uinq; pedum fabricata domus:qua nobile corpus  
Exigua requieuit humo donec ptholomeus  
Cui leges Egyptum cessisse in parte verendi  
Depositum fati toto venerabile mundo  
Transtulit ad dictam de nomine principis vrbem  
Sed tam pr̄cipiti mersurus lumina nocte  
Phoebus anhelantes conuertit ad equora currus  
Iam satis est lusum:iam ludum incidere pr̄stet  
Pierides alias deinceps modulamina nostra  
Allicant animas alitum mihi postulo fontem  
**Q**ui semel exhaustus sitis est medicina secundē

At tu cuius opēm pleno mihi copia cornū  
Fudit ut hostiles possim contemnere línguas  
Suscipe Gualteri studiosum magne laborem  
Pr̄sul & hanc vatis tua circum tempora cinge  
Non dedigneris hederam coniungere mitrē  
Nam licet indignum tanto sit pr̄sule carmen  
Cum tamen exuerit mortales sp̄ritus artus  
Viuemus pariter:viuet cum vate superstes  
Gloria Guillermi nullum moritura per eūum,

**R**enatus Beck Ciuis Argentiniensis Impressit. Anno  
M,D,XIII.

## Castigationes.

- a.ij. linea. x. momēta lege momēta  
 a.ij. columna.ij. pore lege tempore  
 a.ij. linea. vi. sagittat lege fatigat  
 a.ij. linea.ij. inuenit lege iuuent  
 ibidem linea. v. vinda lege vnde  
 b. linea. xix. cum lege cui  
 b. linea. ix. Prepositi lege propositi  
 b.ij. linea. xi. preconom lege p̄conē  
 ibidem li. xij. Irrupisse lege irrupisse  
 c. Quę tanq̄ cognoscat eq̄ descendit  
 c.ij. linea. xxv. partis lege partis  
 c.ij. linea. xij. quoniam lege quem  
 c. v. linea. xij. ager lege eger  
 c. vij. linea. xxv. tolle lege colle  
 e linea. xx. quam lege quem  
 e.ij. linea. xij. frustra lege frusta  
 ibidem li. xvi. examinata lege exāata  
 ibidem li. xvj. quilibet lege quibus  
 f linea. vij. meatum iegē meatu  
 ibidem linea. vi. veri lege vbi  
 f.ij. linea. vi. lege Cedereq; & cedi  
 f.ij. linea. vltima. simile lege silere  
 f.v. linea.ij. lege frenderet  
 ibidem linea. x. lege recenti  
 f. vi. linea. xxiiij. lege incētua  
 g lege Si essem Parmenius  
 g.ij. linea. xi. edidit lege edit  
 h.ij. lege de more  
 ibidem lege: Quę te tanta quies  
 h.ij. linea. xij. amanis lege amanis  
 I. v. linea. vij. lege recenti  
 ibidem linea. xx. mile lege mille  
 L. vij. linea. xi. pretore lege pectorē
- K linea. i. stemina lege foemina  
 ibidem linea. xij. lege recenti  
 K.ij. linea. xv. minij lege mimī  
 K.ij. Theodosius lege Theodosus  
 I linea. xvi. lege salua  
 I.ij. linea. v. opes lege spes  
 ibidem linea. xix. lege preteriē  
 I.ij. linea.ij. lege obortis  
 I.ii.ij. li. viij. lege felicis vero supbus  
 ibidem linea. xxij. lege aerag  
 m linea. xv. reperato lege reparato  
 ibidem linea. xij. securi lege securi  
 m.ij. linea.ij. irem lege ire  
 ibidem linea vltia. more lege amore  
 m.ij. linea. xij. lege par carum  
 ibidem linea. xx. lege consulti  
 m. vi. linea viij. lege seuior  
 m. vij. linea. xij. iuus lege feruus  
 p. ij. linea. xxi. lege Et dicere & faciles  
 p. v. lege Clauferis objicitur quidni  
 ibidem linea. xx. lege Sed scripsiſſe sibi  
 p. vi. linea. vi. venusto lege vetusto  
 p. vij. linea.ij. lege Scitas  
 q. ij. linea. xvij. lege Ariftoeles  
 q.ij. linea. xxij. pro ergo lege igitur  
 r linea. xxv. lege arcen  
 r.ij. linea. xij. mitat lege mutat  
 r.ij. linea.ij. lege augmentum  
 ibidem linea. xx. ornant lege onerant  
 s.ij. linea. xvi. Veba lege vecta  
 t.ij. linea. xx. lege Vixq; sui  
 ibidem linea. xx. cedere lege tendere  
 & pro conscribi lege circumscribi

**S**unt qui subiectum opus nō Gualtero: sed cuiđā  
 Guillermo de Castellione ascribunt. ut testatur exem  
 plar vetustum apud Augusteñ. Argentine & sequens  
 Distychon:  
 Insula me genuit rapuit Castellio nomen.  
 Perstrepuit modulis Gallia tota meis.

R  
solich gew  
r. Slemanni  
g. d'winus p  
optan posse  
quam veter  
dam pteip  
caula mons  
scopj ad bat  
liflumi alem  
fuer et nomi

10  
d'winus p  
optan posse  
quam veter  
dam pteip  
caula mons  
scopj ad bat  
liflumi alem  
fuer et nomi

11  
Gut dopp gipfel gauz d'winus C'p'p'le h'p'le  
G'p'p'le h'p'le d'winus C'p'p'le h'p'le  
h'p'le v'p'p'le d'winus C'p'p'le h'p'le



